






CÁTEDRA

Revista eumesa de estudios

Pontedeume 1997 Nº 4




Tumbo de Caaveiro (2ª parte)

EL TUMBO DE CAAVEIRO

2ª Parte

José Ignacio FERNANDEZ DE VIANA Y VIEITES
Mª Teresa GONZALEZ BALASCH
Juan Carlos DE PABLOS RAMIREZ



Didac' compostellan' archieps: cf.
Guido Lucen' eps: cf.
Arias legion' eps: cf.
Martino mindunien' epc: cf.
Arnald' Cueren' epc: cf.
Comes petr' de gallecia: fernandus et
Veremud' ei' filii: cf.
Comes ponci maiordom' imperatoris: cf.
Comes almaric': cf.
Comes urgelli Ermengald': cf.
Fernand' iohns: cf.
Gunsalu' fernandi: cf.
Pons de minerua: cf.
Aluar' rudici: cf.
Gutier' fernandi: cf.
Munio petri alferez cf.
Iohns qui not' scriptori imperatoris pinauit
Magri hugonis Chancellarii: cf.



140

1240, julio, 29. San Martiño de Tiobre.

Gonzalo Rodríguez, arcediano de Nendos, envía a Pedro Afillado y a Fre Barro, clerigos, y a Pedro Amigo, canónigo de Caaveiro, a revisar las rentas de las iglesias que el monasterio tiene en Pruzos y Bezoucos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol 56. cols 1 y 2. Incluído en el nº 139.

Gundisalvus Ruderici, archidiaconus de Nendis, vobis Petro Affillado et Fre Barro, clericus, et domnus Petrus Amicus, canonicus de Calavario, salutem. Dico vobis et mando quod vadatis ad ecclesiis Sancte Marie de Centronia et ad Sancti Iacobi de Boevre et ad Sancta Maria de Castro et ad Sancta Maria de Doronia et ad Sancta Maria d-Oovre et ad Sancti Mametis de Laraia et ad Sancti Georgii de Magalofes et ad Sancti Salvatoris de Ma\ny/nus et ad Sancti Iuliani de Mugardus et ad Sancti Vicentii de Caamouquo, sub periculo animarum vestrarum et sub pena excommunionis quam in vobis pono, nisi fideliter et directe feceritis quod vobis hic mando, quod hereditatem que asignata fuit ipsis ecclesiis de tempus veteri et consideretis qualiter et quomodo data fuit sibi et renda quod mandaverit dari de ipsis ecclesiis de Sancti Iohannis de Calavario, et consideretis si bene et directe et qualiter asignata fuit et renda mandata dictis ecclesiis, si tanta est hereditate de qua debeant solvi, sicut ipsi mandaverit, sin antea signetis sive actas dictis ecclesiis de hereditate predicti monasterii per quam bene et directe solvi possit et debeant dari renda.

Et si huic bene ambulaveritis sitis benedicti, et si vero male sitis maledicti.

Data apud ecclesiam Sancti Martini de Toovre, IIIIº kalendas agusti, era Mª CCª LXXª VIIIª.

141

1172, abril, 18.

Carta de familiaridad por la que Elvira Ferviiz dona a Caaveiro la mitad de la iglesia de Santiago de Loira y una servicialía en Loira.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 58, cols. 1 y 2.

In nomine Domini, amen. Ego Elvira Ferviiz do et offero de meas hereditates proprias ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario, pro remedio anime mee et parentorum meorum et pro benefacto quod mihi fecerunt, quia receperunt me in vita mea in Ordine Sancti Augustini et dederunt mihi racionem de vitu et vestitu usque ad obitum meum. Proinde do et offero meas hereditates nomminatas, tam ecclesiasticas quam laicalias, imprimis media de ecclesia de Sancto Petro de Loura, et in ipsa villa de Loura una servicialia integra cum sua populacione; et habui hereditates istas prenominatas de avunculorum et parentorum meorum; et sunt in terra Trasanquis, secus flumen de Louria. Do et concedo istas hereditates ad predictum monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad canonicos vel fratres qui ibi vita sancta perseveraverint, per suos terminos et locis antiquis, ut habeant et possideant pacifice et quiete evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo surrexerit, tam de mea parte quam de aliena, qui hoc factum meum rumpere voluerit, imprimis sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus et cum Datam <et> Abiron, quos terra vivos obsorbuit, in ima Baratri submersus, et ad partem regis D solidos pariat, et ad predictum monasterium ipsas hereditates in duplo reddat.

Facta carta testamenti in era Mª CCª Xª, et quotum Xº IIIIº kalendas maii. In tempore Fernandus rex qui regnabat in Legione. Et comite Gomet Gundisalvit in Trastamar. In Trasanquis prestameiro Nuno Pelaiz. In sede Minduniensis episcopus Rabinatus[1]. In decensale abbas Alvitus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Nuno Pelaiz, cf. Rodericus Gundisalviz, cf. Froyla Moogo de Lago, cf.

Iohannes, ts. Petrus, ts. Pelagius, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Ego prenominata Elvira Ferviiz, in hac carta testamenti manus meas roboravi et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Martinus qui notuit et cf.

1 Repetido "In sede... Rabinatus".

142

1192, mayo, 8.

Nuño Pelaez, "prestameiro" de Trasancos, dona a Caaveiro diversas heredades en la feligresía de Santiago de Pantín.

C. Madrid, A.H.N., cód. 1439B, fol 58, col 1-fol. 58v, col. 2.

In Dei nomine. Ego Nunus Pelait, ob honorem sancti Iohannis Babtiste sive et aliorum sanctorum quorum reliquie ibi recondite sunt in loco Calavario, cuius ecclesia est consecrata, in territorio Bisaquis, inter duos fluvios Eume et Sisin, subtus monte Pinistelo, facio cartam testamenti de meas hereditates que habeo de avulorum et parentorum meorum, pro remedio anime mee et parentum meorum; et sunt ipsas hereditates in territorio Trasanquis, villas pernominatas Pantim et Figaredo. Do istas hereditates ad predictum monasterium Sancti Iohannis de Calavario mea porcione integra, et de fratre meo Iohannes Pelait; et una servicialia in Marnela; et quarta de ipsa ecclesia de Sancto Martino de Marnela, que iam dederat abio meo, domnus Froyla Ataniz, pro anima sua ad prefatum locum Sancti Iohannis, et mihi dederunt de iamdicto monasterio ad tenendum in vita mea. Hodie dimitto et quito predictas hereditates et concedo illas ad monasterium Sancti Iohannis et ad canonicos vel fratres qui ibi vita sancta perseveraverint, et mando ut recipiant illas et habeant et possideant pacifice et quiete evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit, de pars mea vel de extranea, qui contra hoc factum meum infringere temptaverit, imprimis sit maledictus et excommunicatus et ana\te/matizatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ad partem regis D solidos pariat, et ad partem monasterii iamdicto de Sancto Iohanne supradictas hereditates in duplo reddat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti era Mª CCª XXXª, et quotum VIIIº idus maii. In tempore Adefonsus rex et comite Gomez tenente Trastamar. In sede Minduniensis episcopus Rabinatus. Prestamarios in Trasancos ego Nuno Pelagii cum filio meo Lupus Nuniz.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Moogo, presbiter de Lago, cf. Didacus Moogo de Cervales, presbiter, cf. Suerius Moogo de Moesti, presbiter, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Aloitus, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Ego prenominatus Nuno Pelait et omni voci mee, in hanc cartam testamenti manus meas roboro et hoc signum facere iussi.

Suarius, presbiter, qui notuit et cf.

143

1192, abril, 30.

Testamento de Nuño Bermúdez.

C. Madrid, A.H.N., cód. 1439b, fol. 58, col 2-fol 59 col. 1.

In Dei nomine. Ego Nuno Veremudit, magna et gravi infirmitate detemptus, dono et offero et concedo omnipotenti Deo et ad monasterium Sancti Iohannis Babtiste de Calavario de meas hereditates proprias que habeo de abiorum et parentorum meorum sive de ganancia, pro anime mee et parentum meorum; et sunt ipsas hereditates nominatas in territorio Trasanquis, in villa que vocitant Meiraes, duas servicialias integras et una senara. Do eas ad predictum locum Sancti Iohannis de Calavario que situs est in territorio Bisaquis, inter duos rivulos Eume et Sisin, subtus monte Pinistelo; do eas ad ipsum locum predictum Sancti Iohannis et ad fratres qui ibi vita sancta perseveraverint vel canonicos, ut habeant et possideant evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit, de mea parte vel de extranea, qui contra hoc factum meum infringere temptaverit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ad partem regis D solidos persolvat, et ad predictum monasterium ipsas supradictas hereditates in duplo reddat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti in era Mª CCª XXXª, et quotum IIᵉ kalendas maii. In tempore Adefonsus rex. Comite Gomez. In sede Minduniensis episcopus Pelagius. Archidiaconus donnus Gondisalvus.

Ego Nuno Veremudiz iam dicto, in hac carta testamenti manus meas roboro et hoc signum facere iussi, et cf. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Ataniz, cf. Rodericus Ovequiz, cf. Archidiaconus Gundisalvus, cf.

Froyla, ts. Munius ts. Adefonsus ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Pelagius qui notuit et cf.

144

1172, diciembre, 13.

Munio Núñez de Avino dona a Caaveiro una heredad en Pousada, en Valdoviño.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 59-col. 1-fol. 59v, col. 1.

In nomine Domini, amen. Ego Munius Nuniz de Vino, ob remedium anime mee, do et offero corpus meum et hereditatem meam ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario, ut in diem iudicii penas inferni evadere valeam; et est ipsa hereditate mea propria que habui de avulorum et parentorum meorum in villa que vocitant Pousada de Avino, in territorio Trasanquis, discurrente ad aulam Sancti Michaelis, mea porcione integra, et est una servicialia integra. Do eam et concedo ad prenominatum monasterium Sancti Iohannis que situm est in territorio Bisaquis, inter duos rivulos Eume et Sisin, subtus montes Pinistelo, et ad canonicos vel fratres qui ibi vita sancta perseveraverint, ut habeant et possideant pacifice et quiete evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit, de mea parte vel de extranea, qui contra hoc factum meum et cartulam testamenti infringere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ad partem regis D solidos pariat, et ad predictum monasterium ipsam iam dictam hereditatem in duplo reddat.

Facta carta testamenti in era Mª CCª Xª, et quotum idus decembris. In tempore Fernandus rex et comite Gomez in Trastamar. In sede Minduniensis episcopus Rabinatus. Prestameiro in Trasanquos Nuno Pelaiz. Archidiaconus Fernandus Pando.

Ego Munius Nuniz in hanc carta testamenti manus meas roboravi et hoc signum facere iussi. *(Signum, et in signo* HEC EST CARTAM ROBORATAM*).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Moogo, cf. Froyla Pelait de Lago, cf. Petrus Muniiz, cf.

Ruderius, ts. Pelagius, ts. Froyla, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Veremudus, presbiter, qui notuit et cf.

145

1169-noviembre, 1.

Mayor, Gonzalo y Froila Pelaez donan a Caaveiro cada uno su parte de la iglesia de San Mamede de Atios (Valdoviño).

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 59v., col 1-fol. 60, col 1.

In Dei nomine. Ego Maior Pelait et voci mee, dono et concedo ad ipsum monasterium Sancti Iohannis de Calavario mea hereditate nominata, tercia de una octava de Sancti Mameti de Athenos, pro remedio anime mee et parentum meorum.

Similiter et ego Gundisalvo Pelait et omnis vox mea, ob remedium anime mee et parentum meorum, do et offero omnipotenti Deo et Sancto Iohanne de Calavario tercia de una octava de ipsa ecclesiade Sancti Mameti de Athenos.

Similiter et ego Froyla Pelait et omnis vox mea, ob remedium anime mee et parentum meorum, do et offero omnipotenti Deo et Sancto Iohanne de Calavario tercia de una octava de ipsa ecclesia de Sancti Mameti de Athenos.

Damus itaque nos iam supranominati \de/ prenominatam ecclesiam istas nostras supranomina\ta/s porciones integras, cum quantum ad prestitum hominis est, intus vel foris, ut habeat et possideat prefatum monasterium pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hanc cartam testamenti ad irrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron quos terra vivos obsorbuit et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus, et ad partem regis C^{m} aureos persolvat, et ad partem predicti monasterii quantum inquietaverit in dupplum reddat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era M CC VII^{a}, et quotum kalendas novembris. In tempore regis Fernandi. Comes Gomez in Trastamar. In sede Minduniensis episcopus Rabinatus. Prestameyro Nuno Pelaiz. Archidiaconus Fernandus Pando.

Nos iam supranominati Maior Pelait et Froyla Pelait et Gundisalvus Pelait , in hunc seriem testamenti manibus nostris roboravimus et confirmamus et hoc signum ingecimus *(sic)*. *(Signa)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Nunus Pelagii, cf. Veremudus Menendit, cf. Froyla Moogo, presbiter, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Pelagius, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Iohannes qui notuit et cf.

146

1176, septiembre, 26.

Carta de perfiliación por la que Pedro Muniiz dona a su sobrino Pedro Rodríguez la parte que le corresponde en San Pedro de Leixa.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol 60, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Petro Muniiz et omni voci mee, tibi suprino meo Petro Roderici, facio tibi cartulam testamenti benefactionis[2] et perfiliacionis de mea hereditate propria que habeo de abiorum et parentorum meorum; et est ipsa hereditate territorio Trasanquos, pernominata ecclesia que vocitant Sancto Petro de Leyxa. Do tibi in eadem ecclesia mea porcione integra, videlicet, octava integra et media de alia octava quam habeo de me et de parentibus meis, et habeo illa cumcambiata cum parentibus meis, scilicet, cum Munio Ovequiz et cum suos germanos et cum suas thias et cum omnibus vocibus earum, et dedi alias meas hereditates pro ista, videlicet, in Felgosa, et in Sancti Petri de Duradea et in alias hereditates que habemus cum parentibus nostris. Do tibi eam et perfilio te de ea, ut habeas ut[3] possideas ea cum quantum ad prestitum hominis est, ut facias de ea quicquid tibi volueris, tam in vita quam in morte, et habeas quiete et pacifice imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit, tam de mea parte quam de extranea, qui contra hanc kartulam testamenti et perfiliacionis ad irrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem et a comunione Domini separatus et in ima Baratri submersus et quantum inquietaverit tibi vel voci tue in duplo componat, et voci regis CCC^os^ solidos componat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta cartula testamenti et perfiliationis sub era M CC XIIII^a^, et quotum VI° kalendas octubris. In tempore Fernandus rex, et comite Gomez in Trastamar. In sede Minduniensis episcopus Rabinatus. Archidiaconus Fernandus Pandus.

Ego Petrus Muniiz iam supradictus, in hanc cartulam testamenti et perfiliationis manu mea roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Rodericus Gundisalvit, cf. Matheus Roderiquiz, cf. Oveco Iohannis, cf. Suarius, presbiter et canonicus, cf. Petrus Pelagii, presbiter, cf. Martino Pelagii, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Petrus qui notuit et cf.

2 Pone "benefactationis".

3 Por "et".

147

1190, mayo, 21.

Pedro Rodríguez dona a Caaveiro la parte de la iglesia de San Pedro de Leixa que recibió de su tío Pedro Muniiz por carta de perfiliación.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 60v, col. 1-col 2.

In Dei nomine. Ego Petrus Roderici[4] et omni voci mee, ob remedium anime mee et de omnibus parentibus meis, do et offero et concedo omnipotenti Deo et Sancto Iohanne Babtiste que dicitur Kalavario et omnibus canonicis eiusdem loci, et testamentum facio de mea hereditate propria que habeo de abiorum et parentorum meorum, et que dedi<t> mihi thius meus Petrus Muniz et de quo perfiliavit me; et ista hereditate iacet in terra Trasancis, loco nominato de ecclesia \de/ Sancto Petro de Leyxa, octava integra et media de alia octava. Do itaque eam ad predictum monasterium Sancti Iohannis ut habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra \hanc/ kartam testamenti ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Dathan et Abiron in infernum sit condampnatus, et ad partem domini regis C^{m} aureos persolvat, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in quadruplum reddat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta karta testamenti sub era Mª CCª XXª VIIIª, et quotum Xº IIº kalenda iunii. In tempore Adefonsi regis et comite Gomez in Trastamar. Episcopus Minduniensis Pelagius. Archidiaconus Fernandus Pando.

Ego iam supranominatus Petrus Roderici et omnis vox mea, in hunc seriem testamenti quam pro anima mea iussi facere, manu mea roboro et confirmo et hoc signum facere iussi.*(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Garsiam Veremudi, cf. Iohannes Veremudi, cf. Petrus Muniiz, cf. Pelagius Pelait, <cf.>.

Suerius, presbiter <ts.> Pelagius, presbiter, <ts.>.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Munio qui notuit et cf.

4 Repetido "Roderici".

148

1108, abril, 6.

Don Pedro, conde de Galicia, y su mujer Mayor, donan a Caaveiro la parte que le corresponde en la iglesia de Santa Mariña de Taboada.

C. Madrid, A.H.N., Cód 1439B, fol. 61v, col. 1-col. 2.

In nomine Domini, amen. Ego comes Petrus et uxor mea comitissa donna Maior facimus kartam testamenti de nostra hereditate ad monasterium Sancti Iohannis de Kalavario, de ecclesia nostra propria que habemus de compara<tione> de Cidi Ausemondit, cum omnibus adiunctionibus suis; et est ipsa hereditate territorio Prucius, in cautum predictum monasterium Sancti Iohannis, prope flumen Eume, ecclesia que vocitant Sancta Marina de Tabulata, videlicet IIII^{a} de illa integra. Damus atque concedimus pro animarum nostrarum et parentum nostrorum, ut accipiamus vitam eternam in secula seculorum.

Si quis tamen hoc factum nostrum ad irrumpendum venerit, sit maledictus et ad parte<m> Dei extraneus, et insuper ad vocem domini regis mille solidos auri persolvat, et ad vocem monasterii quantum inquietaverit in duplo reddat. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Facta karta testamenti in era M^{a} C^{a} XL^{a} VI^{a}, et quotum VIII° idus aprilis.

Ego comes Petrus et comitissa donna Maior et omnis vox nostra, in hac kartula testamenti manibus nostris roboravimus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Visclavara Froylat, cf. Menendo Fuliinit, cf. Roderico Froylaz, cf.

Martinus, ts. Veremudus, ts. Ovecus, ts.

In tempore Adefonsus imperator. In sede Sancti Iacobi episcopus Didacus. Ego comes Petrus in Gallecia. Et in Prucius Rodericus Froylaz.

Froyla, presbiter, qui notuit et cf.

149

1166, septiembre, 13.

Testamento de Froila Vistrariz.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol 61v, col. 2-fol 61, col 1.

In Dei nomine. Ego Froyla Vistrariz do hereditates meas proprias que habeo de abiorum et parentorum meorum in terra de Prucius, concedo eas pro remedium anime mee et parentibus meis a Deo et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario pro victum atque vestitum servorum Dei qui ibi venerint et vitam sanctam perseveraverint. Et sunt ipsas hereditates nominatas, id est, IIIIª de Antanidi, et mea porcione de Sancta Mari<n>a de Tabulata, et mea porcione de Papi. Et hereditas mea de Superado teneat uxor mea in vita sua et serviat pro anima mea quomodo melius potuerit, et si ita non fecerit et male se continuerit post me, recipiant illa<m> cum alias canonicis Sancti Iohannis, extra suas arras, evo perhenni in secula cuncta.

Facta cartula testamenti era Mª CCª IIIIª, et quotum idus setembris.

Et si aliquis homo de gens mea aut de extranea, hoc meum factum infringere temptaverit, pariat in duplo predictam hereditatem, et ad partem regis D solidos reddat, et super sedeat maledictus usque in septimam generationem, et cum Datham et Abiron et cum Iuda Domini traditore in inferno descendat.

Ego iam supranominatus Froyla Vistrariz, in hac cartula testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iusssi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martinus, presbiter, cf. Munio, presbiter, cf. ts. Suario Velasquiz, cf., ts.

Petro, ts. Iohanne, ts. Oveco, ts.

Petrus qui notuit et cf.

150

1114, marzo, 30.

Froila Froilaz dona a Caaveiro, por sí y por su hermano Bermudo, diversas heredades en Bezoucos y Pruzos[5].

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 62, col. 1-fol. 62v, col 1.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet Patris et filii et Spiritus Sancti, amen.

Ego Froyla Froylat dono atque concedo omnipotenti Deo et ecclesie Sancti Iohannis de Calavario hereditatem meam et de meo germano Veremudo Froylaz, qui ipse iussit mihi dare pro anima sua et mea in loco predicto Sancti Iohannis, sicuti et do; et est ipsa hereditate in terra Bisaquis, in loco nominato Sancto Iuliano de Mugardos, id est, VIIIª de ipsa ecclesia; et in villa Sumou, una servicialia; et im Prucius, VIIIª de Sancta Maria de Anovre, cum omnibus aiunccionibus suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est; et ibi in Anovre una servicialia, et media de villa de Grandal, cum omnibus suis directuris; et IIIIª de Villa Plana, integra, cum omnibus aiunctionibus suis; et nostra porcione integra de Sancto Iohanne de Caliovre; et nostra porcione integra de Sancta Marina de Tabulata, que iacet in cautum Sancti Iohannis. Omnes has hereditates superius scriptas do eas et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et predicto loco Sancto Iohanne de Kalavario, propter remedium anime mee et parentum meorum, ut habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hunc meum voluntarium <factum> ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Dathan et Abiron quos terra obsorbuit et cum Iuda traditore Domini in infernum sit condampnatus.

Facta kartula testamenti sub era Mª Cª Lª IIª, et quotum IIIº kalendas aprilis. In tempore Adefonsus imperator. In sede Sancti Iacobi, episcopus Didacus. In Gallecia, comes Petrus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Visclavara Froylat, cf. Maria Cidiz, cf. Maria Arias, cf. Dona Gunzina, matertera eius, cf. Fortunius, frater eius, cf. Rodericus Petri, presbiter, cf.

Segeredus, presbiter, cf. Froyla, presbiter, cf. Martinus, presbiter, cf.

Ego prenominatus Froyle Froylat et omnis vox mea, in hunc seriem testamenti quod iussi facere, manu mea roboro et confirmo et hoc signum iussi facere. *(Signum)*.

Petrus qui notuit et cf.

5 El contenido de este documente es sustancialmente el mismo que el del nº 59, pero en él no figura Bermudo como donante.

151

1165, diciembre, 7.

Testamento de Martín Bermúdez.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 62v,col1-fol. 63, col. 1.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Martinus Veremudit, gravi infirmitate positus, una cum uxor mea et filiis meis, do et dono et textamentum *(sic)* firmitatis facio de hereditates meas proprias que habeo de abiorum et parentorum meorum; concedo ad Deo et ad sanctos eius et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario, pro remedium anime mee et parentorum meorum, pro victum atque vestitum servorum Dei qui ibi fuerint. Et sunt ipsas hereditates in territorio Prucios, in cautum Sancti Iohannis, videlicet, de Papi, IIII^{a} integra; Astrili, integro; de Villa Faildi, medietate integra; et omnia mea directura de omnibus hereditatibus meis que sunt in cautum Sancti Iohannis, excepto mea directura de Sancta Marina. Omnes has hereditates iam suprataxatas dono atque concedo et testamentum facio monasterio iam supradicto de Sancto Iohanne, ut habeat eas et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generatione quam de aliena, contra hanc cartam testamenti ad irrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam \et/ Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus, et quantum inquietaverit ad predicto monasterii *(sic)* in duplo reddat, et ad voci regis C^{m} aureos pariat. Et hoc meum factum sit semper stabile firmum.

Facta carta testamenti sub era M^{a} CC^{a} III^{a}, et quotum nonas decembris. In tempore Fernandus rex et comite Gomez. Compostellano archiepiscopo Petro Gudesteiz.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petro Suariz, cf. Suario Velasquiz, cf. Nuno Cousidu, cf.

Suario, ts. Ruderico, ts. Alvito, ts.

Ego prenominatus Martinus Veremuiz et omnis vox mea, in hunc seriem testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Petrus qui notuit et cf.

152

1167, enero, 9.

Gutierre Osoriz dona a Caaveiro sus heredades en Pruzos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 63, col. 1-fol. 63v, col 1.

In Dei nomine. Ego Goterre Osoriz et omnis vox mea, do et concedo et textum scripture firmitatis facio de hereditates meas proprias que habeo de parentibus meis; do eas pro remedium anime mee et de parentibus meis, quia adtendo Scriptura que dicit: "Non appareas vacuum in conspectu Domini Dei tui"[6]; et alibi: "Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes"[7]; "Ignem ardentem extinguit aqua, et helemosina extinguit peccatum"[8]. Ita cogito et proinde, ob remedium anime mee et parentorum meorum, do et offero et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et beate Marie semper virginis et omnibus sanctis et ad monasterium Sancti Iohannis de Kalavario, que est situm inter duos rivulos Eume et Sisin, in finibus Bisaquis, omnes meas hereditates nominatas, videlicet: in Prucius, mea porcione integra de Sancta Maria de Anovre, cum adiunctionibus suis, intus et foris; et in cauto predicto monasterio Sancti Iohannis, mea porcione integra de Sancta Mari<n>a de Tabulata, cum omnibus suis directuris, intus et foris; et mea porcione integra de Papi; et mea porcione integra de Villa Faildi; et mea porcione integra de Vinas; et mea porcione integra de Prinium, et tota mea hereditate et directura quanta habeo et habere debeo in cautum Sancti Iohannis. Et alias meas directuras et hereditates extra cauto: mea porcione integra de Brianca; et media pars de Porto, et media ad meos filios; et mea directura integra de ecclesia de Vemantes; et alia mea hereditate laycalia de Vemantes mando illa ad meos duos filios, ad Petro et ad Froyla, ut serviant cum ea ad monasterium Sancti Iohannis et ament et defendant illos prout meliu potuerint, et si illis non potuerint se continere in illa hereditate, recipiant illam canonicis eiusdem monasterii et dent eis alia ubi se contineant. Omnes igitur hereditates iam superius nominatas do et concedo ut habeant et possideant quiete et pacifice prefato monasterio Sancti Iohannis de Kalavario et omnes canonicos vel fratres ibi Deo servientibus imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hunc seriem testamenti ad irrumpendum venerit, imprimis sit maledictum usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus, et ad[9] partem domini regis C^{m} libras auri binas pariat, et vocem predicto monasterio quantum inquietaverit in duplo reddat. Et semper factum meum plenam habeat roborem.

Facta karta testamenti sub era Mª CCª Vª, et quotum Vº idus ianuarii. In tempore

6 Eccl. 35, 6.

7 Eccl. 35, 6.

8 Eccl. 3, 33.

9 Repetido "ad" y borrado por expuntuación.

Fernandus rex, e<t> comite Gomez. Compostellano archiepiscopo Petro Godesteiz.

Ego prenominatus Goterri Osoriz, in hac cartula testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Veremudo Veremudit, cf. Menendo Guterriz, cf. Suario Osoriz, cf.

Iohanne, ts. Menendo, ts. Petro, ts.

Petrus qui notuit et cf.

153

1167, mayo, 11.

Elvira Fortuniz dona a Caaveiro una heredad en San Xulián de Carantoña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 63, col. 1-fol. 64 col. 1.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Elvira Furtuniz, gravi infirmitati posita, ob remedium anime me<e> et parentorum meorum, dono et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et monasterio de Sancto Iohanne de Kalavario et ad canonicos vel fratres qui in ipso loco habitaverint,meam hereditatem que habeo in terra de Prucius, que habui de pater meus Furtunio Veremudiz; et est ipsa hereditate Castanidu, concurrencia ad ecclesia Sancti Iohannis de Carantonia, et est secus flumen Doronia, per suis locis et terminis antiquis, cum quantum ad prestitum hominis est. Do eam et concedo et testamentum facio ad iam predictum monasterium Sancti Iohannis ut habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo surrexerit, ex parte mea vel de extranea, contra hunc meum testamentum ad irrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda Domini traditore in inferno sit condempnatus, et ad partem regis D solidis persolvat, et quantum inquietaverit ad vocem monasterii in duplum reddat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª Vª, et quotum V idus maii. In tempore Fernandus rex, et comite Gomez. Compostellano archiepiscopo Petro Godesteci.

Ego iam supranominata Elvira Furtuniz et omnis vox mea, in hunc seriem testamenti manu mea roboro et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Gudesteci, cf. Oveco Petri, cf. Martino Suariz, cf.

Petrus, ts. Pelagius, ts. Iohannes, ts.

Iohannes qui notuit et cf.

154

1117, enero, 27.

Carta de perfiliación por la que Guncina Froilaz dona a su sobrino Oveco Moogo diversas heredades, al mismo tiempo que dispone ser enterrada en Caaveiro.

C. Madrid. A.H.N., Cód. 1439B, fol. 64, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Guntina Froylaz tibi suprino meo Oveco Moogo, in Domino Deo et<er>nam salutem, amen. Placuit mihi atque convenit nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo, sed propria michi accessit voluntas ut facerem tibi kartulam perfiliationis, sicut et facio, de hereditate mea propria quam habeo de abiorum et parentorum meorum. Concedo tibi partem de medio de Grandal, IIIª integra, ut habeas et possideas et facias de illa quicquid tua fuerit volu<n>tas; et illas duas partes de Sancta Maria de Anovre, et cum VIIIª de Sancto Iuliano de Mugardos, et cum meo quinione de Sancta Marina de Tabulata. Do tibi illas hereditates ut teneas eas in vita tua et contineas me in vita mea, et post mortem meam facias mihi obtimas missas; et mando corpus meum ad Sancto Iohanne de Kalavario cum istas predictas hereditates, et tu teneas eas in vita tua, et ad obitum tuum relinquas im pace ad Sanctum Iohannem de Kalavario, cum omnibus adiunctionibus suis.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo surrexerit de mea parte aut de extranea, contra hunc factum meum et cartulam testamenti ad irrumpendum venerit, imprimis sedeat maledictus et excommunicatus et anathematizatus et habeat participium cum Iuda traditore Domini et cum Datam et Abiron in inferno dampnatus.

Facta kartula testamenti sub era Mª Cª Lª Vª, et quotum VIº kalendas februarii.

Ego Guntina Froylaz predicta et omnis vox mea, in hanc kartula<m> testamenti manus meas roboravi et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

In tempore Adefonsus imperator, et comes Petrus Froylat. Compostellanus archiepiscopus, Didacus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Veremudus Suariz, cf. Furtunius Veremudiz, cf. Menendus Froylaz, cf. Froyla Guterriz, cf.

Suarius, ts. Pelagius, ts. Ramirus, ts.

Pelagius, magister eius, qui notuit et cf.

155

[1168-1173], abril, 29[10].

Froila Gutiérrez y su hermana Godo dan a Caaveiro la octava parte de la iglesia de Santa María de Ombre.

C., Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 64, col 2-fol. 64v, col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13. Con variantes en el formulario.

I<n> nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Froyla Guterriz, insimul cum germana mea Gudu Guterriz et omnis vox nostra, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et concedimus et testamentum facimus omnipotenti Deo et Sancti Iohannis de Kalavario de nostra hereditate propria que habemus de parentorum nostrorum, videlicet, VIIIª integra de Sancta Maria de Anovre, de ipsa ecclesia cum omnibus suis directuris et pertine<n>ciis; et iacet ista ecclesia in territorio Prucius, secus flumen Eume, in valle de Nugeyrosa. Damus itaque predictam ecclesiam ad predictum locum Sancti Iohannis Babtiste de Kalavario propter amorem Dei et pro multa bona que nobis fecerunt in vita nostra. Et recepimus de iamdicto monasterio in roboratione II^{os} equos et IIIes equas et una pelle adpreciata de VIIIº solidis et uno modio de pane et V solidos; et mihi, Gudu Guterriz, fecerunt continencia de victu et vestitu annuatim, et fecerunt mihi una casa in ipsa hereditate que dedit Froyla Zancada ad Sancto Iohanne, et dederunt mihi multo pane et carne et melle et lac et caseos et multa bona. Proinde damus et concedimus predicta ecclesia ad predictum locum Sancti Iohannis et ad canonicos vel fratres qui ibi vita sancta perseveraverint, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de nostro genere quam de alieno, contra hanc kartulam testamenti ad irrumpendum venerit, imprimis sedeat maledictus usque in septimam generationem et habeat participium cum Iuda traditore Domini et cum Datham et Abiron quos terra obsorbuit.

Facta kartula testamenti sub era Mª Cª LXXXª VIIIª, et quotum IIIº kalendas maii.

Ego Froyla Guterriz insimul cum germana mea Gudu Guterriz et omnis vox nostra, in hanc cartulam testamenti manus nostras roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

In tempore rex Fernandus. Comes Gomez. Compostellanus archiepiscopus Petrus Godesteiz.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Furtunius Veremudiz, cf. Gundisalvus Menendiz, cf. Menendus Froylaz, cf.

Petrus, ts. Martinus, ts. Pelagius, ts.

Iohannes qui notuit et cf.

10 El documento señala como fecha 1150, que necesariamente es errónea: Fernando II comienza su reinado en 1157 y don Pedro Gudesteiz es arzobispo de Compostela desde 1168. Proponemos el período común a ambos.

156

1183, mayo, 10.

Suario Osoriz impignora a Caaveiro la vuarta parte de una octa de la iglesia de Santa María de Ombre.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 64v, col 2-fol. 65v, col 1.

D. Madrid, A.H.N., clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13. Con variantes en el formulario y fecha 8 de mayo.

In Ihesu Christi nomine. Ego Suario Osoriz et omnis vox mea, vobis priori Sancti Iohannis de Kalavario et canonicis ipsius monasterii pernominatos: prior Martinus et Suario Coyra et Pelagio Buzoa et ceteros canonicos, facio vobis kartulam de mea hereditate que pono vobis im pignore pro vestro que mihi datis, et est nominato unum equum pro Lª solidis, et una vaca pro X^cem^ IIº solidis; et est ipsa hereditate mea porcione et de meo germano Oveco Iohannis de ecclesia de Sancta Maria de Anovre, id est, IIIIª de VIIIª; et est ista predicta ecclesia in terra Prucius, in valle de Nugeyrosa, secus flumen Eume. Pono vobis eam im pignus[11] predictus priori et conventus tali conditio, quod si forte venerit ad monasterium Sancti Iohannis frater meus Oveco Iohannis et vobis persolverit XXXª ^lm^ solidum recipiat sua porcione de prenominata ecclesia et meam porcionem tenente. Et si forte ego prenominato Suarius Osoriz non persolvero istam superius scriptam pecuniam ad monasterium in Sancti Iohannis in vita mea, post obitum meum remaneat istam iamdictam hereditatem quitam de me et de omni genere meo, pro anima mea, ad predictum monasterium in sempiternum. Item omnias alias hereditates que ego Suarius Osoriz habeo vel habere debeo in omni cauto monasterio prenominato de Sancto Iohanne iam eas testavi ad prefatum monasterium pro remedium anime mee et parentum meorum, et pro habere que mihi dederunt de predicto monasterio, et est nominato: uno equo pro XXXª solidis, et una poltra pro XX^ti^ solidis, et una vaca in X^em^ solidis; et istas hereditates sunt nominatas: imprimis Vilar de Primion, et Bauza de Gundisalvo, et de Vineas, et de Piutu, et de Sancta Marina de Tabulata. Omnes istas hereditates quod iam testavi, modo confirmo eas et concedo et offero super istum sanctum altarem de Sancto Iohanne Babtista de Kalavario, ut habeat prefatum monasterium libere et quiete imperpetuum.

Et si aliquis homo surrexerit, de mea parte aut de extranea, contra hoc factum meum ad irrumpendum venerit vel venero, imprimis sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus et cum Datam et Abiron quos terra obsorbuit. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª XXª Iª, et quotum VIº idus maii.

---

11 Borrado por expuntuación "vobis".

Ego prenominatus Suario Osoriz[8] et omnis vox mea, in hunc seriem testamenti manus meas roboro et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Hoc fuit testatum et factum in tempore Fernandus rex. Comes Gomez. Compostellano archiepiscopo, Petrus Suerii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Veremudo Furtiniz *(sic)*, cf. Orraca Veremudiz, cf. Veremudo Furtunii, cf. Pelagio Rieiro, cf. Adefonsus Muniz, cf. Cousidu, cf.

Pelagius, ts. Suarius, ts. Martinus, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Iohannes qui notuit et cf.

157

1138, marzo, 30.

Menendo Froilaz entra en Caaveiro y dona heredades en Pruzos y Bezoucos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 65v, col 1-fol. 66, col 1.

Unusquisque enim finem dierum suorum ignorat et omnis etas evenire sibi occasum formidat. Et ideo ego Menendus Froylat dispono de omnibus meis qui fiat post obitum meum. Imprimis mitto me in ordine in monasterio Sancti Iohannis de Kalavario, et do ibi mecum meas hereditates nominatas, videlicet: in terra Prucius, in valle de Nugeyroa, de ecclesia Sancte Marie de Anovre, VIIIª integra, cum[13] omnibus directuris eidem pertinentibus; in terra de Bisaquis, secus flumen Iuvie, de ecclesia de Sancto Iuliano de Mugardos, VIIIª integra, cum omnibus suis directuris; in cautum Sancti Iohannis, in terra Prucius, de ecclesia Sancte Marine de Tabulata, mea porcione integra. Do et offero et testamentum facio de istas predictas hereditates ibi mecum ad prefatum monasterium Sancti Iohannis de Calavario, ut habeat et possideat pacifice et quiete monasterio et canonicis eiusdem imperpetuum. Et preterea mando de mea benefeitoria *(sic)* quantos inde voluerit esse de monasterium Sancti Iohannis, sedeant liberi et quiti ex me et ex omni proienie mee evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen contra hoc factum meum infringere temptaverit, imprimis sit maledictus et excommunicatus et anathematizatus et habeat participium cum Iuda traditore Domini et cum Datam et Abiron quos terra vivos obsorbuit in infernum sit condampnatus, et ad parte<m> domini regis C^{m} aureos pariat, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monas-

12 Agujero de 12 milímetros en el pergamino.

13 Agujero de 12 milímetros en el pergamino.

terii in duplo redda<t>. Et semper factum meum <permaneat firmum>.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª LXXª VIª, et quotum IIIº kalendas aprilis. In tempore Adefonsus imperatoris qui regnabat in Tolleto et in Legione. In Gallecia, comes Fernandus. In sede Compostellana, Petrus Helias.

Ego iam supranominatus Menendus Froylat, in hanc mandatione<m> quam ego mandavi et mecum testavi, manus meas roboravi et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martino Veremudit, cf. Veremudus Petriz, cf. Munius, presbiter, cf. Oveco Moogo, cf.

Iohannes, ts. Pelagius, ts. Petrus, ts.

Pelagius qui notuit et cf.

158

1121, julio, 1.

Bermudo Muniiz, "cognomento" Cordo, dona a Caaveiro la cuarta parte de la iglesia de Santa María de Taboada.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 66, col. 1-col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13.

In Dei nomine. Ego Veremudo Muniiz, cognomento Cordo, ob remedium anime mee et parentum meorum, do et offero atque concedo ecclesiam Sancti Iohannis de Calavario meam porcionem de ecclesia de Sancta Marina de Tabulata, id est, IIIIª integra, cum omnibus directuris suis eidem pertinentibus; et iacet predicta ecclesia territorio Prucius, et iacet in cautum ipsius monasterii Sancti Iohannis. Do eam ad predictum monasterium Sancti Iohannis im presencia episcopi domni Petri et canonicorum eius, ut habeant me in mente in beneficiis suis. Ita ut de hodie die et tempore de iure meo sit abrasa et in iure ipsius monasterii sit tradita atque confirmata evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de mea parte aut de extranea, qui hoc factum meum infringere voluerit, imprimis sit maledictus et excommunicatus et anathematizatus et cum Iuda traditore Domini et cum Datam et Abiron quos terra vivos obsorbuit in inferno dampnatus, et ad parte<m> regis C^{m} aureo<s> pariat, et ad vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in duplo reddat. Et semper hoc factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti in era Mª Cª Lª VIIIIª, et quotum kalendas iulii. Regnante

Adefonsus rex in Legione. In Gallecia, comes Petrus. In Compostellana urbe, archiepiscopus Petrus Godesteci.

Ego iam supranominatus Veremudo Cordo et omnis vox mea, in hanc cartula<m> testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Segeredus, presbiter, cf. Guterre Veremudit, cf. Menendus Froylat, cf. Vistrarius Veremudit, cf.

Petrus, ts. Martinus, ts. Pelagius, ts.

Godesteo qui notuit et cf.

159

1122, septiembre, 11.

El conde Gutierre y su esposa doña Toda donan a Caaveiro una servicialía en Ombre.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 66, col 2-fol. 66v, col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13.

In nomine Domini, amen. Ego comes Guterre et uxor mea domna Toda, facimus cartulam testamenti de hereditate nostra propria que habemus in terra Prucius, in valle de Nugeyroso, secus flumen Eume, et est una serviciaIia in Anovre, et est una servicialia cum homines nominatos, Garcia et suos filios, cum omnia sua directura, cum quantum ad prestitum hominis est; et est ipsa servicialia discurrente ad ecclesiam Sancte Marie. Damus illa hereditate et illos homines ad prefatam ecclesiam Sancti Iohannis qui dicitur Calavario, pro remedium anime nostre et parentorum nostrorum, ut faciat nos participes esse in regno suo. Ita ut de hodie die et tempore habeant et possideant ipsi canonici vel fratres qui ibi vita sancta perseveraverint evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen contra hoc factum nostrum infringere voluerit, tam de nostra parte quam de aliena, imprimis sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore et cum Datam et Abiron quos terra obsorbuit in inferno dampnatus, et ad partem regis D solidos pariat, et ad partem predicti monasterii quantum inquietaverit in duplum reddat.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª LXª, et quotum III idus setembris. In tempore imperator Adefonsus. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Didacus. In Gallecia, comes Petrus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Ataniz, cf. Gundisalvo Menendit, cf. Munio Froylat, cf.

Segeredus, <ts.> Rodericus, ts. Martinus, ts.

Ego comes Gutierre una cum uxor mea dona Tuda et omnis vox nostra, in hunc seriem testamenti quod iussimus facere manibus nostris roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum)*.

Gudesteus qui notuit et cf.

160

1183, febrero, 27.

Azenda Osoriz y sus hijas venden diversas heredades a Caaveiro por diversas especies y la construcción de una casa.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 66v, col. 2-fol. 67, col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13. Con variantes en el formulario.

Sub Christi nomine. Ego Azenda Osoriz et filias meas nominatas Azenda Petriz et Guntina Petriz et omnis vox nostra, facimus cartulam venditionis et testacionis ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario de meas hereditates proprias que habeo de abiorum et parentorum meorum; et sunt ipsas hereditates nominatas: imprimis in terra Prucius, in valle de Nugeyrosa, secus flumen Eume, de ecclesia Sancte Marie de Anovre mea porcione integra, et est nominato IIIIª de media VIIIª; et in cauto predicto monasterio, mea porcione integra de Papi, et mea porcione integra de Primion, et mea porcione integra de Bauza de Gundisalvo, et mea porcione integra de Vineas. Do eas et concedo et testamentum facio ad predictum monasterium Sancti Iohannis de Calavario, pro remedio anime mee et parentorum meorum, et pro precio que dederunt mihi de monasterio, et est nominato, imprimis una vaca ternaria, et IIIes cabras cum filios, et IIIes quartarios de pane, et melle, et lac, et pisces, et una pelle valente VIIIº solidis, et uno panno valente VII^{em} solidis, et fecerunt mihi una casa morinea in Portu, in mea hereditate et de Sancto Iohanne, et continerunt me in vita mea ibi, et annuatim dederunt mihi uno modio de pane, et continuerunt me satis bene, nec de precio nec de roboratione apud monasterium nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die et tempore de iuri meo sit abrasa et in iure monasterii sit tradita atque confirmata evo perhenni et secula cuncta.

Si aliquis homo surrexerit de mea parte aut de extranea, contro *(sic)* hoc factum meum et cartulam venditionis et testationis ad irrumpendum venerit, pariet ipsam hereditatem duplatam ad vocem monasterii Sancti Iohannis, et a parte regis D solidos reddat.

Facta carta venditionis et testationis in era Mª CCª XXª Iª, et quotum IIIº kalendas martii. In tempore Fernandum regis et comite Gomez tenente Gallecia. Compostellano archiepis-

copo, Petrus Suariz.

Ego prenominata Azenda Osoriz insimul cum filias meas iam prenominatas et omnis vox mea, in hanc cartulam venditionis et testationis manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Orracca Veremudit, cf. Fernandus Petri, cf. Suario Osoriz, cf.

Petrus, ts. Suarius, ts. Martinus, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Iohannes qui notuit et cf.

161

1234, diciembre, 31.

Don Pedro Bermúdez de Andrade da a Caaveiro y a su prior Martín Rodríguez, sus heredades de Alón y Maceira, con su ganado, en San Pedro de Grandal.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 67, col 2-fol. 67v, col 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13. Con variaciones en el formulario.

In Dei nomine. Ego donnus Petrus Veremudi de Andrade et omnis vox mea, do et concedo et testo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et in manu Martinus Ruderici, priori eiusdem loci, pro remedium anime mee et de meo patre aut *(sic)* de mea matre et de abiorum vel de parentorum meorum, quantam hereditatem habeo vel habere debeo in terra Prucii, in locis predictis atque nominatis, in Macenaria et in Alion, discurrente ad aulam Sancti Petri de Grandale. Ita ut de hodie die <de> iuri meo sit abrasa et in iure predicto monasterio sit tradita atque confirmata, habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum et cum omnia populacione sua nominata, videlicet, X vaccas, et culminas X, et capras X. Sic do et concedo cum quantum ad prestitum hominis est, per ubicumque potueritis invenire ut faciat monasterio Sancti Iohannis de ea secundum voluntatem priori et conventui eiusdem.

Si quis tamen contra hanc cartam donationis ad irrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et pro temerario ausu parti regi pariat penam C^{m} morabitinos, et quantum calumpniaverit in quadruplum reddat. Et hec carta sit firma et stet in eius robore.

Facta carta donacionis sub era M CC LXX II^{a}, et quotum IIe kalendas ianuarias. Regnante rege nostro Fernando. In sede Beati Iacobi, archiepiscopo Bernardus. Principis Gallecie, Roderico Gomez.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Fernandus Petri, miles, cf. Petrus Roderici, miles de Orrea, cf. Pelagio de Vinea, miles, cf. Fernandus Chartes, miles, cf. Fernandus Muniz de Sarantes, miles, cf. Rodericus Laragia, cf. Martinus Roderici, in cuius manus fuit roboratam, cf.

Ego iam supradicto Petrus Veremudiz de Andrade et voci mee, in hac carta donacionis quod iussi facere, manus proprias roboro et confirmo et hoc signum inieci. *(Signum).*

Petrus Iohannis notuit, cf.

162

1224, marzo, 25.

Testamento de Martín Bermúdez de Andrade.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 67v, col. 2-fol. 68, col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 15, muy deteriorado. Presenta numerosas variantes en el formulario.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Ego Martinus Veremudi de Andradi, magna infirmitate positus, et timeo de me mors mea et timeo penas inferni, et facio cartam mandacionis et textum scripture firmitatis imperpetuum valituram. Imprimis mando corpus meum ad sepelliendum in cimiterio Sancti Iohannis de Kalavario, quatinus habeat mihi mercedem ad diem iudicii; et pro inde, in remedio anime mee, nuncio et quito et offero ibi mecum illa hereditate quod dedit ibi ad hoc monasterium meo linagem et meis avis, et ego tenui illam im prestimonio de iamdicto monasterio; et etiam do et concedo et offero ibi mecum quantum in ipsa hereditate ganavi et comparavi et habeo et habere debeo. Et ista iacet in terra Prucius, in locis nominatis, videlicet, ubi vocitant Macenaria et ubi vocitant Alion. Sic do et concedo et annuncio ex parte \mea/ et ex parte omni voci mee ut habeat illas et possideat pacifice et quiete prefato monasterio Sancti Iohannis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, per ubi melius potuerit invenire.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generatione quam de aliena, contra hoc factum meum venerit ad irrumpendum vel contrariandum, quisquis fuerit, sit maledictus, et parti regis D solidos pariat, et insuper quantum inquietaverit ad vocem monasterii in quadruplum reddat. Et hoc seriem testamenti semper sit firmum.

Facta carta mandationis et testacionis sub era Mª CCª LXª IIª, et quotum VIIIº kalendas aprilis. Regnante rege nostro Adefonso. In sede Beati Iacobi, archiepiscopus Bernardus. Principis in Gallecie, Rodericus Gomez.

Ego prenominatus Martinus Veremudi et omnis vox mea, in hac carta mandationis et

testacionis quod fieri iussi, propriis manibus meis roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Pelagio Tinea, miles, cf. Petrus Petri, miles, cf. Oveco Relias, miles, cf. Petrus Meygo, canonicus, cf. Petrus Belo, presbiter, cf. Froyla Pelagii, clericus, cf.

Petrus Iohannis qui notuit et cf.

163

1241, abril, 2.

Juan Rodríguez, "dictus" Somesso, dona a Caaveiro diversas heredades, recibiendo en roboración cincuenta y cinco sueldos leoneses.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 68, col. 2-fol. 68v, col 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII, en el pergamino nº 15. Se mantienen los términos y la fecha, pero es una venta en treinta sueldos.

Rectum est scribi que non opportet oblivisci. In Dei nomine. Ego Iohannes Roderici, dicto Somesso, et omnis vox mea, do et offero et testamentum facio omnipotente Deo et Sancto Iohanne de Kalavario meas hereditates nominatas, videlicet: in cautum de predicto monasterio, in villa que vocitant Rippa de Eume, et in villa que vocitant Vermui, quantum ego ibi habeo et <h>abere debeo, tam ecclesiastica quam laicalias; et in terra Prucius, in cauti Sancti Iohannis, de Sancta Marina de Tabulata medietatem de omnia mea hereditate ecclesiastica et laycalia, quanta inde habeo et habere debeo, cum quantum ad prestitum hominis est; et in cauto de Nugeyrosa, quarta de quanta<m> hereditatem ibi habeo et habere debeo, cum quantum ad prestitum hominis est. Et oc facio ob amorem Dei et sancti Iohannis Babtiste quorum reliquie ibi sunt recondite in predicto loco de Sancto Iohanne de Calavario. Et accepi de predicto monasterio in roboratione Lª V^{e} solidos monete legionensis. Sic do et concedo et testamentum facio de omnes has hereditates iam superius scriptas Deo et predicto monasterio Sancti Iohannis de Calavario et tocius conventus eiusdem loci, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hanc cartam testamenti, donacionis et testationis ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus, et ad partem domini regis D solidos pariat, et ad vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in quadruplum reddat.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª LXXª VIIIIª, et quotum IIIIº nonas aprilis. In

tempore regis Fernando. Compostellanus archiepiscopus Iohannes Arie. Principis Trastamarensis Rodericus Gomez.

Ego prenominatus Iohannes Roderici, dictus Submesso, in hac cartula testamenti quod iussi facere, propriis manibus meis roboravi et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martinus Veremudi, presbiter, cf. Martinus Veremudi, miles, cf. Froyle Pelagii, miles, cf. Rodericus Laragia, miles, cf. Iohannes Suprino, miles, cf. Petrus Ovequit, miles, cf. Iohannes Froyle de Viso, cf. Iohannes Pelagii de Sancta Marina, cf. Domno Parisio, canonico, cf.

164

1221, mayo, 2.

Mayor Pérez dona a Caaveiro una sevicialía en "Ouvre de Radreiro", en Santa María de Ombre.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 68v, col. 2-fol. 69, col. 1.

Ea que venduntur vel que donantur per litteris assignantur, ne imposterum oblivioni tradantur. Idcirco ego Maior Petri, filia de Luba Menendiz de Anovre, do et offero et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Kalavario et canonicis eiusdem loci, hereditatem meam quam habeo et habere debeo de abiorum et parentorum meorum, sive de ganancia quomodo de comparatione; et est nominata in villa que vocitant Ouvre de Radreiro, et est una servicialia integra cum tota sua directura, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, per ubicumque eam melius potuerint invenire; et iacet in terra Prucii, in cautum de Nugeirosa, discurrente ad Sancta Maria de Oovre. Do et concedo illam ad prefatum monasterium ut habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generatione quam de aliena, contra hanc meam cartam donationis ad irrumpendum vel contrariandum venerit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron quos terra vivos obsorbuit et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era M CC Lª nona, et quotum VIº nonas maii. In tempore regis Adefonso. Comes, Gundisalvo Nuniz. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Compostellanus Petrus Muniiz.

Ego prenominata Maior Petri, in hanc cartulam testamenti quod iussi propriis manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Pelagius Petri, miles, cf. Rodericus Froyle, miles, cf. Pelagius Froyle, miles, cf. Pelagio Moogo, presbiter, cf. Donnus Beltran, presbiter, cf.

Rodericus, ts. Fernandus, ts. Petrus, ts.

Iohannes qui notuit et cf.

165

1242, diciembre, 28.

Juan Pérez, "dictus" Kasquizo, dona a Caaveiro, bajo ciertas condiciones, la mitad de Breanca, en San Xulián de Carantoña y Santa María de Doroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 69, col. 1-fol. 69v, col. 1.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII, en el pergamino nº 15. Con variaciones en el formulario.

In nomine Domini Ihesu Christi, amen. Ego Iohannes Petri, militi, dicto Kasquizo, et omnis vox mea, ob remedium anime mee et parentorum meorum, do et offero et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis Babtiste de Kalavario, quorum reliquie ibi sunt recondite, de mea h<er>editate propria que habeo de abiorum et parentorum meorum; et est nominata villas que vocitant Briankas, videlicet, Brianka de Inferius, Brianca de Medio et Brianca de Superius, quanta hereditate ibi habeo et habere debeo tam de patre meo quam de matre; et iacet in terra Prucii, ex illa discurrit ad ecclesiam Sancti Iuliani de Carantonia, et ex illa discurrit ad ecclesia<m> de Sancta Maria de Doronia. Do eam tali conditio, quod si habuero filium vel filia<m> habeat inde medietatem de predicta<m> hereditatem, et predictum monasterium aliam mediam, si autem filium aut filiam non habuero remaneat quitam ad predictum monasterium. Ita do iamdictam hereditatem et concedo ad prenominatum monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad canonicos ibi Deo servientibus ut habeant et possideant cum omnibus directuris et pertinenciis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, habeat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generatione quam de aliena, contra hunc seriem testamenti ad irrumpendum venerit vel contempsa mitterit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus, et parti regis C^{m} aureos pariat, et vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in quadruplum reddat. Et semper hoc factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª LXXXª, et quotum Vº kalendas ianuarias. In tempore regis Fernandi. Tenente comitatu, domno Roderico Gomet. Compostellano archiepiscopo, Iohannes Arie.

Ego Iohannes Petri, cognomento Casquizu, iam supranominatus, in hanc cartulam testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus Petri, presbiter, cf. Iohannes Suprino, clericus, cf. Iohannes Lupi, armiger, cf. Iohannes Petri, <cf.> Dominicus Ovequiz, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Pelagio Calavario, canonicus, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Iohannes qui notuit et cf.

166

1240, marzo, 11.

García Bermúdez, "dictus" Malaver, dona a Caaveiro sus heredades en Pruzos y Montenegro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 69v, col. 1-fol. 70, col. 1.
D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 15, con variantes en el formulario.

Tam presentibus quam futuris eventis, sit notum ac manifestum quod ego Garcia Veremudi, dicto Malaver, do et offero et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et sancti Iohannis Babtiste, quorum reliquie sunt recondite in ipso monasterio Sancti Iohannis de Calavario, de mea hereditate propria quam habeo et habere debeo <de> abiorum et parentorum meorum; et iacet ipsa hereditate in terra Prucius, in villa que vocitant Villa Plana, et in loco que nuncupant Nevares, et in omnibus villaribus que pertinent ad Villa Plana; et in terra de Monte Nigro, in villa que vocitant Burganes,mea porcione integra <de> hereditate ecclesiastica et laycalia. Omnes istas hereditates supra nominatas do et concedo ad predictum monasterium cum omnibus suis directuris et pertinenciis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, per ubicumque eam melius vocem monasterii potueritis invenire.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generacione quam de aliena. contra hunc factum meum ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condempnatus, et parti regi D solidos persovat, et \ad/ vocem monasterii quantum inquietaverit in quadruplum reddat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era M CC LXX VIIIª, et quotum Vº idus marcii. In tempore regis Fernandi. Compostellanus archiepiscopus, Iohannes Arie. Tenente comitatu domno Roderico Gomez.

Ego iam supranominatus Garsiam Veremudi et omnis vox mea, in hac cartula testamenti

manu mea roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Fernandus Veremudi, miles, cf. Petrus Martini, miles, cf. Roderico Veremudi, miles, cf. Pelagius Pelagii, presbiter, cf. Fernandus Veremudi, presbiter, cf. Petrus Veremudit, cf.

Iohannes qui notuit.

167

1240, noviembre, 2.

María y Marina Ovequiz dan a Caaveiro dos quintas partes de la mitad de una octava de la iglesia de Santa María de Ombre.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol 70, col. 1-col. 2.
D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13, con distinto formulario.

In Ihesu Christi nomine. Ego Maria Ovequiz et Marina Ovequiz, pro remedium anime mee nostre et parentorum nostrorum et pro multa bona quod nobis fecerunt de[14] monasterio Sancti Iohannis de Calavario, pro inde damus et offerimus et concedimus et testamentum facimus eidem locum nostra hereditate propria que habemus de abiorum et parentorum nostrorum; et est ipsa hereditate in terra Prucius, in cautum de Nugeyrosa, videlicet, in ecclesia Sancte Marie de Oovre, nostra porcione integra, de media de una VIIIª, duas quintas. Et recepimus de ea in roboracione XII solidos. Ita damus et concedimus predictam ecclesiam ad prefatum monasterium et ad canonicis ibidem comorantibus ut habeant et possideant cum quantum ad prestitum hominis est pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de nostro genere quam de alieno, contra hanc cartam testamenti ad irrumpendum venerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condempnatus, et parti regi C solidos pariat, et quantum inquietaverit ad vocem[15] predicti monasterii in quadruplum permaneat firmum.

Facta cartula testamenti sub era Mª CCª LXXª VIIIª, et quotum IIII nonas novenbris. In tempore regis Fernandi. Compostellano archiepiscopo, Iohannes Arie. Tenente comitatu, Roderico Gomez.

Nos iam supranominatas Maria Ovequiz et Marina Ovequiz et vocibus nostris, in hanc cartulam testamenti manibus nostris roboramus et confirmamus et hoc signum iussimus face-

14 Agujero de 6 milímetros en el pergamino.
15 Agujero de 6 milímetros en el pergamino.

re. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Petri, canonicus, cf. Donnus Parisius, canonicus, cf. Donnus Helias, canonicus, cf. Iohannes Adam, canonicus, cf.

Iohannes qui notuit et cf.

168

[1168-1173], julio, 25[16].

Froila Gutiérrez, con sus hermanas Guncina y Dodo, donan a Caaveiro la cuarta parte de la iglesia de Santa María de Ombre.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 70v, col. 1-col. 2.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Froyla Guterriz et germana mea domna Guntina et altera mea germana domna Gudu, timemus ne incidamus in illud maledictum quod per prophetam in psalmo dicitur: "Deus meus, pone illos ut rotam et tamquam stipulam ante faciem venti, qui voluerit im possessionem habere sanctuarium Dei"[17]. Concedimus ad ecclesiam Sancti Iohannis de Calavario IIII^{am} partem de ecclesia de Sancta Maria de Anovre, cum omnibus[18] hereditatibus et adiunctionibus suis. Ideo nos donavimus eam Domino et prefate ecclesie Sancti Iohannis pro remissionem peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, quatinus nullus ex nostra proienie neque filiis habeant ibi partem nisi beneficio sacrificii, nisi fuerit pauper et debilis et inquirat adiutorium hic in Sancto Iohanne.

Facta carta era Mª Cª LXXª VIª, et quotum VIII kalendas agusti. In tempore regis Fernandi et comes Gomez. Compostellanus archiepiscopus, Petrus Gudesteci.

Ego Froyla Guterriz una pariter cum meas germanas predictas, in hac cartula testamenti manus proprias roboravimus et hoc signum facere iussimus. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Abbas Cresconius, cf. Gundisalvus Men<en>diz, cf. Froyla Ataniz, cf.

Petrus, cf. Iohannes, cf. Gundisalvo, cf[19].

Pelagius qui notuit et cf.

16 Hay error en la fecha. Señalamos el periodo en que Pedro Godesteiz fue arzobipo de Santiago.

17 Sal. 82, 14.

18 Agujero de 5 milímetros en el pergamino, que separa "om-nibus".

19 Por "ts." en estos tres.

169

[1168-1173], diciembre, 9[20].

Menendo Froilaz dona a Caaveiro la parte que le corresponde de las iglesias de Santa María de Ombre y San Xulián de Mugardos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 70v, col. 2-fol. 71v, col. 1.

In Dei nomine. Ego Menendus Froyle una cum filiis meis et omnis vox mea, infelix et peccator, timens penas inferni et diem iudicii, ob honorem sancti Iohannis Babtiste, in cuius honore fabricata est ecclesia inter duos rivulos Eume et Sisin, do et concedo et testamentum facio monasterium et canonicis in eisdem ecclesia Deo servientibus, de ecclesia, hereditatibus meis propriis que de parte avulorum meorum vel parentorum meorum habeo[21], videlicet,in terra Prucius, in cauto de Nugeyrosa, duas partes de IIII^{a} de ecclesia Sancta Maria de Anovre; et in terra Bisaquis, duas partes de illa IIII^{a} de ecclesia de Sancto Iuliano de Mugardos. Do istas prenominatas hereditates et concedo ad prefatum monasterium cum omnibus suis directuris et pertinenciis, ut habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod absit, aliquis homo surrexerit ex parte mea vel de extranea, contra hunc testamentum temptaverit aut infringere voluerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron quos terra vivos obsorbuit et cum Iuda tradirore Domini in inferno sit condempnatus. Et hunc seriem testamenti plenam habeat roborem.

Facta carta testamenti sub era M^{a} C^{a} LXX^{a} VIIII^{a}, et quotum V^{o} idus decembris. Regnante rege nostro Fernando. In cathedra Beati Iacobi, archiepiscopus Petrus Godesteci. Principis in Gallecia, comes Gomez.

Ego prenominatus Menendus Froylat una cum filiis meis et omnis vox mea, in hanc cartula<m> testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Veremudus Furtuniz, cf. Gundisalvus Menendiz, cf. Abbas Cresconius, cf.

Froyla, ts. Gundisalvus, ts. Iohannes, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Cresconius, presbiter, qui notuit et cf.

---

20 Fecha errónea. Proponemos el periodo del episcopado de Pedro Gudesteiz.

21 Agujero de 6 milímetros.

170

1181, abril, 25.

Carta de familiaridad por la que Martín Muniz y su familia donan media octava de la iglesia de Santa María de Ombre al monasterio de Caaveiro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 71, col. 1-fol. 71v, col. 1.

Inicium scripti fiat in nomine Christi. Ego Martino Muniz et uxor mea Azenda Muniz et filiis et filiabus nostris et omnibus vocibus nostris, vobis, prior dompnus Petrus Renamiriz *(sic)* de Sancto Iohanne de Calavario et canonicis eiusdem loci, in Domino Deo eternam salutem. Placuit nobis per bone pacis et voluntas ut faceremus vobis cartulam testamenti de nostra hereditate propria que habemus de avulorum et parentorum nostrorum; et est ipsa hereditate nominata media VIII^{a} de ecclesia de Sancta Maria de Anovre, que iacet in terra Prucius, in cautum de Nugeyrosa, intus et foris, cum omnibus suis directuris. Damus eam ad prefatum monasterium Sancti Iohannis pro remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum et pro continencia que nobis fecerunt. Et est ipsa continencia nominata, videlicet, I^{a} vacca ternaria, et III sesteiros de pane, et per spacium vite nostre annuatim I^{o} quartario de pane, quod nobis et canonicis bene complacuit. Ita ut de hodie die et tempore de iure nostro sit abrasa et in iure monasterio Sancti Iohannis sit tradita atque confirmata evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo de nostra parte aut de aliena, contra hunc factum nostrum et cartulam testamenti ad irrumpendum venerit vel venerimus, imprimis sedeat maledictus usque in septimam generationem et duplet ipsa ecclesia aput monasterium Sancti Iohannis, et a parte regis pariat D solidos.

Ego Martino Muniz et uxor mea et filiis meis et omnis vox nostra, vobis prior dompnus Petrus Ranemiriz et canonicis Sancti Iohannis de Calavario, in hanc cartulam testamenti manus meas roboravi. *(Signum).*

Facta cartula testamenti sub era M^{a} CC^{a} XVIIII^{a}, et quotum VII° kalendas maii. In tempore Fernandi regis. Principis Gallecie, comes Gomez. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Petrus Suariz. Archidiaconus, Petrus Velle.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Munio Ferrario, cf. Menendo Gundisalviz, cf. Froyla Martiniz, cf. Prior Martinus, cf. Petrus Gundisalviz, cf.

Petrus, cf. Iohannes, cf. Martinus, cf[22].

Et alii plures qui viderunt et audierunt.

Iohannes qui notuit et cf.

22 Por "ts." los tres.

171

1211, mayo, 3.

Martín Froilaz, "dictus" Clericus, y sus hermanos donan a Caaveiro la midad de una octava de la iglesia de Santa María de Ombre.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 71v, col. 1-fol. 72, col. 1.

Inicium scripti fiat in nomine Christi. Ego Martinus Froyle, cognomento Clericus, una simul cum germanis meis Petrus Froyle et Martinus Froyle et Gundisalvus Froyle, facimus cartulam testamenti de nostra hereditate propria quam habemus de abiorum et parentorum nostrorum; et est ipsa hereditate in terra Prucii, in cauto de Nugeyrosa, et est nominata media de VIIIª de ecclesia de Sancta Maria de Anovre, cum omnibus adiunctionibus suis. Damus et testamus ipsa hereditate supradicta ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad canonicos qui ibi vita sancta perseveraverint, pro remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, ut habeant illam in ipso supradicto monasterio evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, de parte nostra vel de extranea, ad corrumpendum venerit vel venerimus,pariat ipsa hereditate in duplo ad monasterium Sancti Iohannis, et ad partem regis CCC^os^ solidos pariat.

Facta carta testamenti sub era M CC XL VIIIIª, et quotum Vº nonas maii. In tempore Adefonsus regis. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Petrus. Principis Gallecie, comes Gomez. In decensale, abbas Pelagius. Prestameyro, Petrus Veremudi.

Nos supradictos Martinus Froyle, cognomento Clericus, una simul cum germanis meis, Petrus Froyle et alius Martinus Froyle et Pelagius Froyle et Veremudus Froyle et Gundisalvus Froyle, in hanc cartulam testamenti manus nostras roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus Veremudi, cf. Froyla Pelait, cf. Petrus Muniiz, cf. Orraka Menendiz, cf. Luba Menendiz, cf. Suerius Petri, presbiter, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Laurentius qui notuit et cf.

172

1226, febrero, 18.

Rodrigo Fernández, "dictus" Alfardo, dona a Caaveiro lo que tiene en Allón y Maceiras, en San Pedro de Grandal.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 72, col. 1-col. 2.

Sub Christi nomine. Ego Rodericus Fernandi, dicto Alfardo, et omni vocci mee, ob remedium anime mee et parentorum meorum, do et offero omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicis eiusdem monasterii, hereditatem meam que habeo in terra Prucius, in loco nominato que vocitant Macenaria, et in loco que vocitant Alion, discurrente ad ecclesiam Sancti Petri de Grandal, cum omnibus directuris et pertinenciis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, ut habeat predictum monasterium et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hanc cartam testamenti ad irrumpendum venerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in quadruplum reddat, et ad vocem regis D solidos. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª LXª IIIIª, et quotum XII kalendas marcii. In tempore regis Adefonsus. Principis Gallecie, Rodrico Gomez. Compostellano archiepiscopo, Bernardus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petro Cresconii, canonicus, cf. Rodericus Munii, canonicus, cf. Donnus Parisius, canonicus, cf. Iohannes Petri, canonicus, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Iohannes Adam, canonicus, cf.

Et alii plures qui viderunt et audierunt.

Ego iam supranominatus Rodericus Fernandi, dicto Alfardo, in hanc cartulam testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Iohannes qui notuit et cf.

173

1160, mayo, 4.

Bermudo Fortuniz de Andrade dona a Caaveiro lo que tiene en Allón, en San Pedro de Grandal.

C. Madrdi, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 72, col. 2-fol. 72v, col 1.

In Dei nomine. Ego Veremudus Furtunii, miles de Andrade, et omni voci mee dono et offero ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicos eiusdem loci, hereditate mea propria que habeo de abiorum et parentorum meorum in terra Prucii, in l<o>co nominato medietatem de hereditate de Alion, de quanta inde habeo et <h>abere debeo per ubicumque illam vocem predicti monasterii potuerit invenire, cum quantum ad prestitum hominis est, intus vel foris, per suis terminis et locis antiquis, habeatis pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit, ex parte mea vel de extranea, contra hunc seriem testamenti ad irrumpendum venerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum calumpniaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et vocem regis D solidos reddat. Et semper hoc meum voluntarium <factum> permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª LXLª VIIIª, et quotum IIIIº nonas maii. In tempore regis Fernandi. Principis in Gallecie, comes Gomez. Compostellano archiepiscopo, Petrus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Rodericus Froyle, cf. Petrus Ovequiz, cf. Fernandus Ramiriz, cf. Pelagius Petri, cf. Veremudus Iohannis, cf. Oveco Petri, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Ego prenominatus Veremudus Furtunii et omni voci mee, in hunc seriem testamenti manu mea roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Petrus qui notuit et cf.

174

1198, febrero, 24.

Fernando Pérez, "cognomento Sancti Georgii", pacta con Froila Pérez comprometiéndose este a plantar y labrar su heredad en San Pedro de Grandal, con la condición de dividirla entre los dos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 72v, col. 1-fol. 73, col. 1.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Fernandus Petri, cognomento Sancti

Georgii, et omnis vox mea, tibi Froyla Petri et omnis vox tua, facio tibi placitum per scriptum ligabile firmitatis de mea hereditate que ego do tibi ad plantandum et laborandum, super tale accio ut dividas mecum per medium sive tu quomodo proienie tuae cum proienie mee; et iacet ipsa hereditate super ipso porto de Doronia et alia parte sub ipso agro que vocitant de Heroso, et sub ipsa Bauza Donega; et est ipsa hereditate de Grandal, discurrente ad ecclesiam Sancti Petri. Et recepi de te in roboratione uno ariete que mihi et tibi bene complacuit.

Et qui hoc placitum exierit, tam de mea parte quam de extranea, imprimis duplet ipsa hereditate, et a parte regis CC solidos reddat.

Ego Fernandus Petri, dictus de Sancti Georgii, et filiis meis et omni voci mee, in hoc placitum manus meas roboravi. *(Signum).*

Facto placito sub era Mª CCª XXXª VIª, et quotum VIº kalendas marcii. In tempore Adefonsus rex. Principis Gallecie, comes Gomez. Compostellano archiepiscopo, Petrus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus Garsie, cf. Petrus Roderiquiz, presbiter, cf. Suarius Garcia, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Pelagius, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Guilelmus qui notuit et cf.

175

1224, marzo, 27.

Froila Pérez, "cognomento de Vilar", y su mujer María Pérez donan a Caaveiro sus heredades en Doroña y Grandal.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 73, col. 1-fol. 73v, col. 1.

Plerique obliviones inquomoda sentimus cum per negligentiam rei geste seriem non commendamus articulo litterarum siquidem rationis intuitu. Unde ego Froyla Petri, cognomento de Vilar, facio cartam donacionis, concessionis et confirmationis et perpetue stabilitatis omnipotenti Deo et beato Iohanne Babtista, cuius ecclesia est fundata in locum qui dicitur Calavario, ob remedium anime mee et parentum meorum, de hereditatibus meis propriis quas habeo de avulorum et parentorum meorum, sive de ganancia quomodo de comparatione. Et sunt ipse hereditates in terra de Prucius, in l<o>co que dicitur vilar de Bouzooa, mea porcione integra; et quantum plantatum feci in portum de Doronia, in hereditate Sancti Iohanni, quito et annuntio \et/ hodie sit concessa apud dictum locum Sancti Iohannis, et est IIIIª integra de ipsius plantato. Similiter et quantum plantatum feci in hereditate de Grandal, et in hereditate Fernandi Santi Iurgii, intus et foris, do et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de

Calavario; et in pumar donego, quantum plantatum ibi feci, ita do et concedo ad predictum monasterium Sancti Iohannis quia per tali pacto fuit mihi data, ut ita fecissem et ego ita facio. Et insuper mando et concedo ad iamdictum locum mea porcione integra de Vilar de Freiiz, cum omnibus pertinenciis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Omnes has hereditates superius scriptas ego prenominatus Froyla Petri insimul cum uxore mea Maria Petri, damus et concedimus et testamentum facimus predicto monasterio Sancti Iohannis de Calavario et canonicorum eiusdem ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum. Ut \de/ hodie et tempore sint predictas hereditates de iure nostro liberas et quitas et in iure prenominato monasterio Sancti Iohannis et canonicorum eiusdem sint traditas atque confirmatas evo perhenni et secula cuncta.

Si quis igitur in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hanc cartam testamenti ad irrumpendum venerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus, et ad partem iamdicto monasterio quantum inquietaverit in duplo componat, et vocem regis Cᵐ aureos reddat. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Facta seriem testamenti sub era Mª CCª LXª IIª, et quotum VIº kalendas aprilis. In tempore Adefonsus rex. Principis Gallecie, Roderico Gomez. Compostellano archiepiscopo, Bernardus.

Ego prenominato Froyla Petri una cum uxor mea Maria Petri et omnibus vocibus nostris, in hanc cartulam testamenti quam fieri iussimus manus nostras roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Pelagius Petri, miles, cf. Rodericus Petri, miles, cf. Pelagius Pelait, presbiter, cf. Froyle Pelait, presbiter, cf. Donnus Petrus, miles, cf. Martinus Ruderici, miles, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Petrus qui notuit et cf.

176

[1100-1109], junio, 6[8].

Gutierre González, con su hermana Elvira y su cuñado Alvito Cidiz, venden al abad Tedón de Caaveiro y a sus canónigos su heredad de Doroña, por cien sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 73v, col. 1-fol. 74, col 2.

Longinquitate quippe temporis sit ut ea que scripture non comendentur oblivione siquidem deleantur. In Dei nomine. Ego Guterre Gundisalvi, insimul cum germana mea Elvira

23 Hay evidente error en la fecha, 1062. Lo situamos en el margen común a Alfonso VI y al obispo Diego Gelmírez.

Gundisalvi et filiis et filiabus meis et omni vox nostre, vobis abba Tedon, una cum omni congregatione canonicorum Sancti Iohannis de Calavario, in Domino Deo eternam salutem. Placuit nobis atque convenit nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit voluntas, ut faceremus vobis cartulam venditionis per scriptum firmitatis, vobis abba Tedon et ad omni congregatione canonicorum predicto loco Sancto Iohanne de Calavario, sicut et facimus, de hereditate nostra propria que habemus de avulorum et parentorum nostrorum. Et est ipsa hereditate in terra Prucius, in valle de Doronia, inter duos flumines Eume et Lambre, iuxta flumen Doronia, discurrente ad aulam Sancte Marie de Doronia, subtus alpeum Liuvani, et est ipsa hereditate que vocitant Doronia; damus vobis illa per ipsum flumen de Doronia et inde per Miri et inde per Liuvani. Damus vobis de ipsa hereditate VIIIª integra, quantum nos competet inter nostros germanos vel heredes per ubicumque eam potueritis invenire per suos terminos et locis antiquis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Et accepimus de vobis precium, id est, C^m solidis que nobis et vobis bene complacuit, et de precio apud vos nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die vel tempore de iure nostro sit ipsa hereditate abrasa et in iure prenominato monasterio de Sancto Iohanne sit tradita atque confirmata, habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit, tam de mea parte quam de extranea, qui contra hoc factum nostrum ad irrumpendum venerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ad parte regis D solidos pariat, et predicta hereditate ad monasterium prenominatum Sancti Iohannis in duplo reddat.

Facta carta testamenti in era Mª Cª, et quotum VIIIº idus iunii. In temporibus regis Adefonsus qui regnabat in Tolleto cum uxore generis francorum. Imperante Gallecia comite Reimundus cum uxore sua, filia huius regis, et sub illo comite dompnus Petrus. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Didacus. In sede Minduniensis, episcopus Gundisalvus.

Ego prenominatus Guterre Gundisalvi una cum germana mea Elvira Gundisalvi, una cum viro suo Alvitu Cidit, vobis iam sepedictos canonicos Sancti Iohannis de Calavario, in hanc cartam testamenti manus nostras roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Munia Froylat, cf. Gixavara Froylat, cf. Suarius Eriz, cf.

Petrus, cf. Pelagius, cf. Ovecus, cf[34].

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Froyla Petri qui notuit.

24 En los tres casos por "ts".

177

[1110], abril, 5[25].

Don Pedro, conde de Galicia, con su mujer Guntrodo Mayor, donan a Caaveiro su heredad en Doroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 74, col 2-fol 74 v, col. 1.

In Dei nomine. Ego comes Petrus una cum uxore mea comitissa domna Guntrode, cognomento domna Maior, facere decrevimus textum scripture firmitatis de IIIª de villa nominata Doronia, que est in territorio Prucius, discurrente ad aulam Sancte Marie, inter IIos montes Leboreiro et Carnota, secus flumen Doronia. Damus ipsa hereditate per suos terminos et locis antiquis per ubi eam obtinuerunt antecessores nostri per terminum de rivulo de Doronia, et inde per Miri, et inde per Liuvani. Damus eam pro remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicorum que ibi vita sancta perseveraverint ut habeant et possideant pacifice et quiete evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit qui contra[26] hoc factum meum et cartulam testamenti ad irrumpendum venerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et iamdicta hereditate ad monasterium Sancti Iohannis in duplo reddat.

Facta carta in era Mª Cª XXXª VIª, et quotum nonas aprilis. Facta est enim in feria III post Palmas. In tempore regine Orrace et comitis Reimundi. In sede Sancti Iacobi, episcopus Didacus.

Ego comes Petrus, principis Gallecie, una cum uxore mea comitissa domna Maior, in hanc cartam testamenti manus nostra roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

---

25 Error claro en la fecha, puesto que el año 1098 el Domingo de Ramos fue el 21 de marzo y la Pascua el 25 del mismo mes. Para que el 5 de abril coincida en martes después de Ramos, esto solo sucede cuando el domingo de Pascua es el 10 de abril, y por tanto el de Ramos es el 3 del mismo mes. Cabría, pues, intentando cuadrar los personajes buscar un año próximo. Dentro de las posibles cabrían 1099 y 1110. Ahora bien, don Raimundo de Borgoña murió el 1097 y Gelmírez no es nombrado obispo hasta 1100. Doña Mayor Guntrodo no aparece como mujer del conde don Pedro antes de 1102, si bien no sabemos cuando murió su mujer anterior. El abad Tedón lo es al menos entre 1065 y 1113. Todos podrían coincidir en el año 1099, pues no sabemos la fecha de las nupcias de la segunda esposa del conde don Pedro, lo que obviaría la anacrónica mención de don Raimundo, dada su cercanía; sin embargo en numerosos documentos del cartulario aprece mencionado bastantes años más tarde de su muerte. Por lo que respecta a Gelmírez encontramos un documento del "Tumbo C" de la catedral compostelana en el que ya en noviembre de 1096 don Diego se titula el segundo obispo compostelno, y en la data que a todas luces aunque pone "anno Iº CCº XXXº IIIIº" ha de leerse como era, dice "anno vero pontificatus domini nostri Didaci Iº", lo que coincide con el año siguiente al de la muerte de su predecesor don Dalmacio (Cfr. LOPEZ FERREIRO, A. *Historia de la Santa A.M. Iglesia de Santiago de Compostela,* III, Santiago, 1900, apéndice XVI), con lo cual queda obviado que antes de 1100 ya se titulaba obispo, aunque no lo fuera de pleno derecho, sino solo el encargado de la "superintendencia sobre los asuntos temporales de la diócesis", como dice Campelo o como vicario ¿"sede vacante"? -no olvidemos el espinoso asunto de don Diego Peláez al que nadie ha dado todavía una solución definitiva-. Resumiendo, podría ser del año 1099, faltando en la data simplemente un signo "I" en las unidades, nunca del 1098, y ser hecha la donación poco después del segundo matrimonio del conde don Pedro, pero nos inclinamos más por 1110 por la aparición de doña Mayor Guntrodo.

26 Repetido "qui contra".

Qui presentes fuerunt; *(en columna)* Abbas Tedon, cf. Petrus Fiiz, presbiter, cf. Luzu Gimaraz, cf. Froyla Petri, filius comitis, cf.

Veremudus, ts. Didacus, ts. Ordonius, ts.

Et alii multi qui viderunt et presentes fuerunt.

Ordonius Gusindit, diacono, qui notuit et cf.

178

1169, enero, 13.

Pleito entre Oveco Gutiérrez de Verrugeiro y los canónigos de Caaveiro por una heredad que éstos compraron a su padre, Gutierre González, y a la que Oveco acaba renunciando.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 74v, col. 1-fol. 75, col. 1.

Era M CC VIIª, et quotum idus ianuarii. Orta fuit intentio inter Oveco Guterriz de Verrugueiro et suos germanos cum omni congregatione canonicorum de monasterio Sancti Iohannis de Calavario, super illam hereditatem de Doronia quam emerant de iamdicto monasterio de patre suo Guterre Gundisalvit et de sua voce, et de precio nichil remanserat apud monasterium in debitu. Et peractos septuaginta annos venit ipse Oveco Guterrit a sua voce inrixa et demandavit illa hereditate ad ipsos canonicos Sancti Iohannis, partem de illo precio quam dederant patri suo pro illa hereditate. Et devenererunt in ad iudicium coram priorem Iohannes Ovequiz de Breemo, et iudicavit ipse iudex quod pararent ex parte Sancti Iohannis unum canonicum cum alios duos homines bonos cum ipsa carta de illa hereditate quam emerant et adfirmarent ipsam cartam ut ita erat sicuti ipse dicebat. Et paraverunt ipsum directum in ecclesia Sancti Salvatoris de Vilar, presentem prior donnus Munnius et Petrus Ramiriz et Suarius Petri, et fecerunt colationem per homines bonos, et pro ipso iuramento dederunt eis VII^{em} solidos et X^{em} missas pro animabus parentibu suis, et fecerunt annuntiationem <i>n D solidis ut nunquam amplius calumpniarent nec ipsi nec sua voce, Et sic roboraverunt illata.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Guterriz, cf. Petrus Veremudiz, cf. Mene<n>dus Garcia, cf. Iohannes, presbiter, cf. Pelagius, presbiter, cf. Prior Iohannes Ovequiz, cf.

Martinus qui notuit et cf.

179

1228, julio, 27.

Rodrigo Fernández, con su mujer Teresa Arias, dona a Gutierre Froilaz la octava parte de la vila de "Atahide", en Doroña, por el servicio que recibió de él, y en roboración diversas especies.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 75, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego domno Roderico Fernandiz insimul cum uxore mea domna Tarasia Arie et cum filio nostro domno Petro Roderici, tibi Guterre Froylaz, damus tibi et concedimus nostra hereditate de Doronea, et des ea ad tenendum ad filiam tuam in omni vita sua, et ad obitum suum relinquat illam in pace ista hereditate ad monasterium Sancti Iohannis pro anima tua et pro anima nostra. Et ipsa hereditate est nominata villa que vocitant Atahide, id est, VIIIª integra que habeo de abiorum et parentorum meorum, et discurrit ad ecclesiam Sancte Marie de Doronia. Et recepi\mus/ de te in roboracione II sólidos de pane et Iº cabrito et II capones, et pro servicium multum et bonum que nobis fecisti.

Si quis igitur alicui hanc nostram donationem voluerit contradicere, sit maledictus usque in septimo grano *(sic)* et ad partem regi<s> C^{m} morabitinos persolvat.

Facta carta sub era Mª CCª LXª VIª, et quotum VIº kalendas agusti. In tempore regis Alfonsi. Tenente comitatu Roderico Gomez. Compostellano archiepiscopo, Petrus Muniiz. Archidiaconus, Iohannes Cresconii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Petri, cf. Rodericus Petri, cf. Iohannes Calvo, cf. Iohannes Petri, cf. Suarius Pelagii, cf.

Martinus qui notuit et cf. *(Signum)*.

180

1232, noviembre, 20.

Rodrigo Fernández, "dictus" Coturnix, y su mujer Teresa Arias dan a Caaveiro su heredad en Doroña, recibiendo en roboración cien sueldos y una vaca óptima.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol 75, col. 2-fol. 75 v., col. 2.

Sub Christi nomine. Ego donno Roderico Fernandi, dicto Coturnix, una cum uxore mea domna Tarasia Arie, et omni voce mea, vobis Martino Roderici, priori Sancti Iohannis de

Calavario et tocius canonicorum eiusdem loci, do et offero Deo et Sancto Iohanne Babtista de Calavario et vobis iamdictus priori et conventui, meam hereditatem quanta habeo vel habere debeo de abiorum et parentorum meorum et de germano meo Fernando Fernandi, in villa que vocitant Doronia, discurrente ad aulam Sancte Marie, et iacet in terra Prucii, ab integro et concedo prefatum monasterium et ad canonicorum eiusdem, propter remedium anime mee et de uxore mea Tareiga Arie et de fratre meo Fernandum Fernandi et filiis meis, scilicet, Petrum Ruderici et Gundisalvum Roderici, ut retribuat nobis Deum vitam eternam. Do itaque et concedo vobis predictam hereditatem, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis es, per ubicumque eam melius potueritis invenire imperpetuum[27]. Et ego prenominatus domno Roderico Fernandi accipio de vobis iam supradictus prior et conventus in roboratione de[28] prenominata hereditate C^{m} solidos legionensis monete et una vacca obtima. Et insuper hoc, ego prenominatus prior et conventus recepimus vos iam supranominatus dompnus Rodericus et domna Tarasia in omni beneficio et societate, tam in temporali quam in spirituali, sicut unius ex nobis. Et \ego/ predictus dompnus Rodericus vobis prior et conventus et monasterium Sancti Iohannis concedo et do vobis iamdictam hereditatem imperpetuum.

Si quis igitur in futurum tam de meo genere quam de alieno, contra hunc seriem testamenti ad irrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit, qui talia comiserit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore sit in supplicium eternum, et vocem regis C^{m} aureos persolvat. Et semper factum meum permaneat firmum. Et ad vocem monasterii quantum inquietaverit in quadruplum reddat.

Facta carta testamenti discurrente era M CC LXXª, et quotum XII kalendas decembris. In tempore rege nostro Fernando. Compostellano archiepiscopo, Bernardus. Tenente Trastamar, Rodericus Gomez. Archidiaconus, Iohannes Cresconii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Pelagio Amico, presbiter, cf. Pelagio Petri, miles, cf. Lupo Petri, miles, cf. Petro Sancii, miles, cf. Alfonso Roderici, miles, cf. Fernandus Roderici, miles, cf. Ovecus Veremudi, miles, cf. Petrus Suerii, armiger, cf. Iohannes Petri, canonicus, cf. Donnus Parisius, canonicus, cf. Petrus Amico, canonicus, cf.

Et alii plures videntes et audientes.

Ego prenominat<us> Rodericus Fernandi insimul cum uxore mea Tareiga Arias et omni voci mee, in hunc seriem testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Laurentius Martini notuit et cf.

27 Escrito "imperperpetuum".

28 Escrito "vmr" en el original, entre "de" y "prenominata", que suprimimos por carecer de sentido.

181

[1120-1128], julio, 28[29].

Diego González vende al presbítero Munio y a su hermana Leodegundia la heredad que tiene en "Pinnario", en Santa María de Doroña, por seis modios de trigo y cien sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 75v, col. 2-fol. 76, col. 2.

In Dei nomine. Ego Diagu Gundisalvici et filiis meis ad vobis Muninu, presbiter, et sorori vestre Leegundia, in Domino Deo salutem, amen. Ob inde placuit mihi atque convenit nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propterea *(sic)* mihi accessit voluntas ut facerem vobis iamdictus cartulam vendicionis sicut et facio de hereditate mea propria que habeo de abiorum vel parentorum meorum; et est in terra Prucii loco nominato Pinnario, integro, subtus monte Leporario, iuxta aulam Sancte Marie Doronia. Do vobis illa hereditate iam supranominata integra. Et accipio de vobis im precium VI modios de tritico que mihi bene complacuit et C^{m} solidos de denarios, et de precio apud vos nichil remansit in debitum. <H>abeatis vos illa firmiter per suis locis et terminis antiquis per ubi illa obtinuerunt abii et bisabii vel proienie mee cum quantum ad prestitum hominis est. Ita ut de hodie vel tempore de iure meo sit abrasa et in vestro iure sit tradita adque confirmata, habeatis vos et omnis posteritas vestra, et cui ea relinquere volueritis imperpetuum licenciam habeatis.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis de parte mea vel de extranea, venerit vel venero, tam propinquis quam extraneis, qui hanc cartam frangere temptaverit vobis vel voci vestra in duplo restituat, et vocem regis XC^{im} libras auri componat.

Facta cartula venditionis die Vº kalendas augustas, discurrente era Mª Cª XXª VIIIª. In tempore imperator Adefonsus et comite Fernandus. In sede Beati Iacobi, archiepiscopus Didacus. Archidiaconus, Petrus Cresconit.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Veremudo Furtiniz, cf. Abbas Guterre, cf. Ramiro Vermuit, cf.

Froyla, ts. Petro, ts. Petro, ts. Munio, ts.

Ego Diagu Gunzalvit cum uxor mea et cum filiis meis, in hanc cartam venditionis manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Fernandus qui notuit et cf.

29 Al haber error en fecha, año 1090, proponemos como límite la ascensión de Gelmírez al arzobispado -1120- y la muerte del conde don Pedro -1128-.

30 Repetido "sed".

31 Borrado por expuntuación "in".

182

[1120-1128], junio, 10[32].

Munio, presbítero, con su hermana Leodegundia, dona a Caaveiro el lugar de "Pinnario" íntegro, en Santa María de Doroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 76, col. 2-fol. 76v, col. 1.

In Dei nomine. Ego Munio, presbiter, una cum germana mea Leegundia et omnibus vocibus nostris, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, facimus testamentum de nostra hereditate ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatione canonicorum eius, de hereditate que comparavimus de Diagu Gundisalvit et de filio eius; et est ipsa hereditate territorio Prucii, loco nominato Pinnario, integro, subtus monte Leporario, iuxta aulam Sancte Marie de Doronia, cum omnibus directuris et pertinenciis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Damus et concedimus eam ad prefatum locum Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatio eidem canonicorum, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen hoc nostrum factum et testamentum infringere voluerit, tam propinquis quam extraneis, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Iuda traditore Domini in infernum luat penas, et pro temerario ausu voci regis D solidos reddat, et vocem predicti monasterii hanc hereditatem superius pretaxatam in simili loco duplatam restituat. Et semper hanc testamentum nostrum plenam habeat roborem.

Facta cartula testamenti sub era Mª Cª XLª, et quotum IIIIº idus iunii. In tempore Adefonsus imperatoris. Principis Gallecie, comes Fernandus. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Didacus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Furtunio Veremuit, abbas Martinus, Iohannes Roderiquiz, abbate Gutterre, Gundisalvus, V<er>emudus Cidis.

Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Ego prenominatus Munio, presbiter, una cum germana mea Leegundia, in hunc seriem testamenti manibus nostris roboramus et confirmamus et hoc signum iussimus facere. *(Signum)*.

Pelagius, presbiter, nutu Dei, notuit et cf.

32 El documento tiene la fecha 1102, erronea a todas luces, por su relación con el anterior, por lo que le damos la misma fecha.

183

1147, noviembre, 4. Caaveiro.

Munia Froylaz dona a Caaveiro una heredad en Barallobre y otra en "Brianca".

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 76 v, col. 2-fol. 77, col. 1.

In nomine Domini, amen. Unusquisque enim finem dierum ignorat et omnis etas evenire sibi occasum formidat. Et ideo ego Munia Froylaz, proles Froyla Veremudiz, ob remedium anime mee et viri mei domni Pelagii et filiorum nostrorum, concedo ecclesie Sancti Iohannis de Calavario et illis fratribus vel canonicis in eodem loco commorantur vel mansuri sunt, hereditates quas habeo in terra Bisaquis et Prucius, in villa que vocitant Barallovre, et in Prucius villa que vocitant Brianca; et habeo illas de comparatione vel de cambiatione. Dono atque concedo cum adiunctionibus suis et directuris per ubi illas potueritis invenire, montes, fontes, aquis, arbores fructuosas vel infructuosas, per locis et terminis antiquis, per ubi semper fuit divisa.

Si quis tamen ex mea proienie vel cuiscumque venerit ad frangendum seriem testamenti huius, sit excommunicatus et ana\te/matizatus et habeat partem cum Datam et Abiron que obsorbuit terra et Iude traditori, et pariat predictam hereditatem duplatam vel triplatam, et ad partem regis propter temeritatem mille solidos.

Facta cartula testamenti era Mª Cª LXXXª Vª, et quotum IIe nonas novembris. Regnante imperatore nostro Adefonso, proles comitis Reimundi, Legione et Tolleto, Saragocia et Corduba, Nagara et Castella et Engronio *(sic)*. Comite Fernando in Gallecia. Archiepiscopo domno Petro, Sancto Iacobo. Lucense sedis, episcopo domno Guido. Minduniense sedis, episcopo domno Pelagio. Maiordomino, Froyla Menendit ex parte comitis domno Fernando.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Archidiacono domno Gundisalvo, cf. Priori Sancti Martini de Neda, cf. Donnus Pontius, cf. Comitissa domna Tuda, cf. Froyla Ataniz, cf. Gundisa<l>vo Menendiz, cf. Fortunius Veremudiz, cf. Menendo Pinnoiz, cf. Frater eius Vela Pignoyz, cf. Pelagius Ramiriz, cf. Pelagius Pelaides, canonici eiusdem ecclesie, cf. Pelagius Menendiz, cf. Iohannes Batalia, cf.

Ego supranominata Munia Froylaz confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Hoc fuit datum et concessum in festivitate Sancti Martini in eiusdem monasterio.

Iohannes, magistro et scriba, qui notuit et cf.

184

1227, abril, 20.

Testamento de Azenda Pérez.

C. Madrid, A..H.N., Cód. 1439B, fol. 77, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Azenda Petri, magna infirmitate detempta, mando corpus meum ad sepelliendum in Sancti Iohannis de Calavario, et mando ibi mecum mea hereditate propria que habeo de abiorum meorum; et est in territorio Prucii, in villa que vocitant Briancha de Susana, media de mea porcione de quanta hereditate ibi habeo et habere debeo. Do itaque eam propter amorem Dei et pro remedium anime mee.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hanc cartam donationis ad isrrumpendum venerit, iram Dei omnipotentis <incurrat> et sedeat maledictus usque in septimam generacionem[33] et cum Datam et Abiron in inferno descendat, et vocem regis C^{m} solidos pariat, et ad vocem monasterii quantum inquietaverit in duplo restituat.

Facta carta testamenti in era Mª CCª LXª Vª, et quotum XII kalendas maii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Petri, filius eius, canonicus, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Rodericus Muniiz, canonicus, cf. Iohannes Adam, canonicus, cf. Donnus Helias, canonicus, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt, cf.

In tempore Adefonsus rex. Compostellano archiepiscopo, Bernardus. Tenente Trastamar, domno Rudericus Gomez.

Ego prenominata Azenda Petri, in hanc cartam testamenti manus meas roboro et cf. *(Signum)*.

Laurentius qui notuit et cf.

33 Dos agujeros, de 15 y 7 milímetros, separan esta palabra.

185

1101, noviembre, 24.

Zacarías Armentariz dona a Caaveiro su heredad en Doroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 77v, col. 1.

In era Mª Cª XXXª VIIIIª, et quotum VIIIº kalendas decembris. Ego Zagara\ias/ Armentarez concedo ad Sancto Iohanne Babtiste de Calavario mea<m> rationem de plantato que habeo in Doronia, iusta aulam Sancte Marie hic in Doronia, sub comisa de Ramiro Guterriz, que plantavi ego et pater meus in hereditate de Ovequo Froylaz per medium, et de illo medio habeo III^{am} integra<m>; et sunt illas arbores macenarias, nugarias, perarias, cerdarias, mea ratione integra per ubicumque potuerint invenire[34], et concedo ibi ad Sancto Iohanne Babtiste de Calavarium pro remedium anime[35] mee.

Et si fuerit aliquis homo de mea parte aut de extranea qui ad predicto loco auferre presumat, sedeat excommunicatus, et quantum miserit in contempsam pariatque in duplum, et insuper solidos XXX^{ta}.

Ego Zaccharias in hanc cartula<m> testamenti manu mea roboro et cf. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Teto, cf. Gudesteus, presbiter, cf. Petrus, presbiter, cf. Osorius San<di>niz, cf.

Iohannes, ts. Gundisalvus, ts. Veremudus, ts. Pelagius, ts.

Aloitus, presbiter, notuit et cf.

186

s.d.

Azenda Pérez da varias heredades a Santa Maria de Doroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 77v, col. 2.

Sciant tam presentes quam posteri quod ego Azenda Petri do et concedo mea hereditate quanta habeo et habere debeo in Valle Malo et in Octeiro, VIIIª de VIIII^{em} arbores ad ecclesiam Sancte Marie de Doronia, ut habeat et possideat imperpetuum.

34 Dos agujeros de 7 y 12 mm. hacen más cortas las líneas 14 y 15 de esta columna.

35 Repite "anime".

187

s.d. Andrade.

Munio Rodríguez da a la iglesia de Santa María de Doroña una heredad en Rieiro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 77v, col. 2.

Hec est testatione quam testavi Munio Roderiquiz ad ecclesiam Sancte Marie de Doronia pro anime sue, sicut dicit in 'Psalterio': "Vovete et reddite Domino Deo vestro omnis qui in circuitu eius offertis munera"[36]. Ob inde ego prenominatus Munio Roderiquiz do et concedo illa mea hereditate quanta habeo et <h>abere debeo ex illa aqua de Rieiro usque ad ipsam ecclesiam Sancte Mari<e> de Doronia, propter animam meam et parentum meorum et avus meus, quia non habeo frater nec ulla genere de illa hereditate. Et ista hereditate habet iacencia in Rieiro, et habeat ecclesiam usque in finem.

Et hoc fuit factum in concilio de Andrade, im presentia de Oveco Moogo.

188

s.d.

Pelayo Rodríguez de Andrade y su mujer María, donan a Caaveiro una cuarta parte de Santa María de Cobés, en San Martiño de Andrade.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 77v, col. 2-fol. 78, col. 1.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Pelagius Roderiquiz de Andrade et uxor mea Maria, ob remedium nostre anime et parentum nostrorum, damus et concedimus ecclesie Sancti Iohannis Babtiste que dicitur Calavario, hereditatem quam habemus inter Andrade et Nugeyrosa, subtus monte Leporario, quartam parte, videlicet, de Sancta Maria de Covenes.

Ego Pelagius in hac carta testamenti hoc signum feci. *(Signum).*

36 Sal. 75,12.

189

[1173-1187], setiembre, 9[37].

Testamento de Mayor Suárez.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 78, col. 1-col. 2.

Unusquisque enim finem dierum suorum ignorat et omnia etas evenire sibi occasum formidat. Et ideo ego domna Maior Suariz dispono de omnibus meis quid fiat post obitum meum. Imprimis mando ut corpus meum habeam *(sic)* sepulturam in Sancto Iohanne de Calavario; et mando ibi mecum illam meam hereditatem de Vidreyro, que iacet in terra Prucii, discurrente ad aulam Sancti Martini de Andradi, ab integro cum omnibus pertinentiis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, ut habeat illam prefatum monasterium Sancti Iohannis et omnis congregatio canonicorum eiusdem pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit ex mea parte aut de extranea, qui contra hoc meum factum aut testamentum istud voluerit frangere, imprimis sedeat maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno luat penas[38], et temerario ausu ad vocem regis mille solidos tribuat, et vocem predicti monasterii predictam hereditatem in duplo restituat. Et semper hunc seriem testamenti permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª LXLª VIª, et quotum Vº idus setembris. Regnante rege Fernando. Principis Gallecie, comite Gomez. Compostellano archiepiscopo, Petro Suerii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Garsia Roderiquiz, cf. Didacus Melendiz, cf. Rodericus Gundisalviz, cf. Petrus Ruderici, presbiter, cf. Pelagius Codissum, presbiter, cf. Domna Guntrode, cf. Maria Gundisalviz, cf. Prior donnus Martinus, cf.

Et alii plures qui viderunt et presentes fuerunt.

Ego prenominata domna Maior Suariz et omnis vox mea, in hunc seriem testamenti manus meas roboro et confirmo <et> hoc signum inieci. *(Signum).*

Munius qui notuit et cf.

37 La fecha de 1158 está claramente errada. Damos el comienzo del obispado de Pedro Duárez de Deza y el final del reinado de Fernando II.

38 Escrito "penat".

190

1246, abri, 5. Caaveiro (en el monasterio).

Rodrigo Pérez y sus hermanos donan a Caaveiro, bajo ciertas condiciones, la parte que tiene en la iglesia de San Martño de Andrade.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 78, col. 2-fol. 78v, col. 2.

In Dei nomine. Longinquitate quippe temporis sit ut ea que scripture non comendantur oblivione siquidem deleantur. Idcirco ego Rodericus Petri, miles de Sillovre, propter remedium anime mee et parentum meorum, placuit mihi nullo quoque gentis imperio nec suadente articulo, sed propria mihi accessit voluntate, ut mandam et testationem facerem monasterio Sancti Iohannis de Kaaveyro sicut et facio de mea porcione et fratrum meorum et sororum quam habemus et habere debemus in ecclesia Sancti Martini de Andrade, in territorio de Prucis, tali modo et condicione: quod si fratres mei aut sorores ex predicta ecclesia porcionem suam suscipere voluerint, mando vobis portionem meam ecclesie Sancti Salvatoris de Sillovre. Isto modo predicta hereditate et ecclesia de iure meo sit abrasa et in iure monasterii predicti et canonicorum eiusdem sit tradita atque confirmata, donent, subpignorent, transmutent, totum eorum velle ex illa faciant.

Si quis tamen, quod fieri non creo, de parte mea aut etiam de extranea, contra hoc factum meum et testationem atque mandam venire presummat, quisquis fu<er>it, sit maledictus usque in VIª et VII^{am} generationem et cum Iuda Domini traditore et cum Datham et Abiron quos vivos terra cum omni sua suber<b>ia deglutivit, eternaliter puniatur, et quantum inquietaverit pectet duplatum vel triplatum aut quantum monasterium sepedicto fuerit melioratum, et insuper parti regie et monasterii solidos D non dubitet elegari. Testamento semper in roboratione propria permanente.

Ego Rodericus Petri superius dictus testamentum istud et cartam quam fieri iussi propriis roboro manibus. *(Signum).*

Facta carta apud monasterium Sancti Iohannis, era Mª CCª LXXXª IIIIª, et quotum nonas aprilis. In tempore regis Fernandi. Principis Gallecie, Roderico Gomez. Compostellanus archiepiscopus, Bernandus. Archidiaconus, Iohannes Cresconii. Archipresbiter de Pruciis, Pelagius Budilon. Prestamarius, Fernandus Petri et Lupus Petri. Clericus predicte ecclesie, Martinus Petri.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Prior Sancti Iohannis, Martinus Ruderici, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Iohannes Doronia, canonicus, cf. Iohannes Petri de Cadavo, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Rodericus, ts.

Petrus qui notuit et cf.

191

1154, diciembre, 4[39].

Don Fernando, conde de Galicia, da la heredad de "Sala", en San Xulián de Carantoña, a Caaveiro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 78v, col. 2-fol. 79, col. 2.
D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13.

Scriptum quippe habemus quia pro memoria temporum adibenda sunt testimonia scripturarum. Unde ego comes donnus Fernandus, gravi infirmitati detemptus et propter remedium anime mee et parentum meorum, huic sancto cenobio Sancti Iohannis de Calavario et conventui eius, facio textum scripture firmitatis et cartulam donationis de hereditate mea propria quam habeo in villa nuncupata Sala, concurrencia ad ecclesiam Sancti Iuliani de Carantonia; hanc siquidem hereditate adquisivi eam de patre Pelagio Muniiz, que fuit meo maiorino, et eam concedo propter amorem Dei et remedium anime mee ad locum predictum Sancti Iohannis de Calavario et canonicis vel fratribus ibi Deo servientibus. Do ipsa hereditate cum quantum ad prestitum hominis est, intus et foris, per suis terminis et locis antiquis ut habeat ipsum monasterium ea quita evo perhenni et secula cuncta.

Quod si aliquis homo ex gente mea aut de extranea contra hunc meum scriptum quod pro remedio anime mee facere decrevi, ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, pariat ipsam hereditatem duplatam, et insuper mille solidos persolvat, et hoc scriptum semper obtineat robur; et lumen occulorum careat et cum Datham et Abiron quos terra vivos consumpsit infernali pena subiaceat et in septimam generationem in maledictione perseveret.

Facta cartula testamenti pridie nonas decembris, in era Mª Cª LXLª IIª.

Ego comes Fernandus in hanc cartulam et oblatione manus meas roboravi et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

In tempore imperatoris Adefonsi. Compostellano archiepiscopo, Didacus. Principis Gallecie, ego comes donnus Fernandus.

Qui presentes fuerunt: (signum) Alfonsus Anaiaz, cf. Martinus Brandonias, cf. Didacus Ferrarius, cf. Gundisalvus Adefonsus, cf. Iohannes Abbas, canonicus, cf. Dompnus Petrus, Sarensis prior et Minduniensis episcopus, cf. Archidiaconus Petrus de Trasanquos, cf. Archidiaconus Gundisalvus de Petroso, cf. Prior Vilielmus de Neda, cf. Abbas Petrus de Neda, cf. Abbas Petrus de Luvre, cf. Abbas Didacus de Torovre, cf. Veremudus Ranemiriz, clericus comitis, cf. Commes donnus Fernandus, auctoritate sue uxoris, propria manu, cf.

Petrus, clericus, Marischoth, qui notuit et cf.

39 En la fecha que da el documento Gelmírez ya no es arzobispo de Santiago ni don Pedro obispo de Mondoñedo.

192

1152, agosto, 29.

Pacto entre Caaveiro y Diego Muniiz por el que este cultivará la heredad de "Manouvre", que tiene el monasterio en Andrade.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 79, col. 2-fol. 79v, col. 1.

Era Mª Cª LXLª, et quotum IIIIº kalendas setembris. Hoc est pactum vel placitum quod factum est inter prior Sancti Iohannis et canonicis eiusdem ecclesie cum Didaco Muniiz per manu de donno Fortunio, de hereditate de Andradi, pernominata Manouvre. Et ipsa hereditate dedit prior una cum collegio canonicorum donno Fortunio, et ipse domnus Furtunius dedit Didaco Muniz super tale actio, ut laboraret et hedificaret ipsam hereditatem et serviret cum ea ad Sancto Iohanne, et daret media de fruita, et haberent ibi ipsos dominos senara, et comederent et biberent ibi, et edificarent ibi domos et plantatos. Et cum omni isto pacto in quo tempore vel in qua die vel in qua hora sibi peterent ipsam hereditatem daret im pace sine baralia et sine rurgio, et si contenderet ipsam prefatam hereditatem duplaret vel triplaret eam, et ad partem regis quingentos solidos, vel ad partem ipsius monasterii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Ataniz, cf. Gundisalvus Menendiz, cf. Domna Hermesenda, cf. Oveco Moogo, cf.

Petrus, ts. Pelagius, ts. Froyla, ts., cf.

Ego Didaco Muniiz in hoc placitum manu mea roboro et cf. et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Pelagius notuit et cf.

193

1103, diciembre, 12.

Froila Pérez da a Caaveiro la octava parte de la vila de Belo, en Santiago de Boebre.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 79v, col. 2-fol. 80, col. 1.
D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII, en el pergamino nº 13.

In Dei nomine. Ego Froyla Petriz et omnis vox mea facere decrevi textum scripture firmitatis de VIIIª de villa de Bolio qui est territorio Prucius, concurrente ad ecclesiam Sancti

Iacobi de Boevre. Do et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et omni eiusdem conventui canonicorum vel fratrum ibi Deo servientibus, ob remedium anime mee et parentum meorum, ut habeant et possideant evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen surrexerit aliquis homo de mea parte aut de extranea, contra hoc factum meum et cartulam testamenti infringere voluerit, imprimis sit maledictus et excommunicatus, et a parte regis pariat CC solidos. Et ista carta semper habeat roborem.

Facta carta testamenti sub era Mª <Cª> XLª Iª, et quotum II idus decembris. Regnante principis donnus Alfonsus cum coniugia generis francorum. Orbis terra Gallecie, gener suus comite Regimundus. Terra Sancti Iacobi de finibus Tamar usque in finem Sauri, imperavit comite dompnus Petrus cum uxor sua comitissa dompna Maior. Gaudia celorum det illis rector eorum.

Hoc testamentum in nostro iussi factum, manus meas roboramus et hoc signum iussi facere. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Abbas Tedon ipsius loci, cf. Rodericus Roderici, cf. Petrus, prior ipsius loci, cf. Poncius, levita et magister, cf. Aloytus, presbiter, cf. Pontifex Gundisalvus, cf. Pontifex Didacus Sancti Iacobi, cf. Petro, presbiter, cf. Donnus Rodericus Froylaz, cf. Donna Munia Froylaz, cf.

Froyla, presbier, qui notuit et cf.

194

1236, diciembre, 27.

Rodrigo y García González donan a Caaveiro su parte íntegra de Santa María de Ombre y la mitad de la que tienen en Porto, en San Pedro de Grandal.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 80, col. 1-col. 2

In Dei nomine. Ego Rodericus Gundisalvi, una cum germano meo Garcia Gundisalviz, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, damus et offerimus et concedimus omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Kalavario nostras hereditates proprias quas habemus de abiorum et parentorum nostrorum in terra Prucii, et sunt nominatas: nostra porcione integra de ecclesia Sancte Marie de Oovre, et hereditate laycalia quanta habemus vel habere debemus in tota ipsa feligresia, per ubi eam melius potueritis invenire, cum quantum ad prestitum hominis est. Et similiter ego prenominatus Rudericus Gundisalvi mando et do et concedo prenominato monasterio Sancti Iohannis medietatem de omni hereditate quam <habeo> im Porto. Damus et concedimus predicto monasterio Sancti Iohannis et omnis congregatio canonicorum eiusdem omnes istas hereditates superius scriptas ut habeant et possi-

deant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit ex parte nostra vel extranea istum factum nostrum vel cartulam testamenti irrumpere temptaverit vel nos venerimus, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ad vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in duplum restituat, et ad vocem regis pariat D solidos. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª LXXª IIIIª, et quotum Vº kalendas ianuarias. In tempore Fernandus rex. Principis Gallecie, Rodericus Gomez. Compostellano archiepiscopo, domno Bernardus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Pelagius Petri, cf. Iohannes Petri, cf. Rodericus Muniiz, cf.

Iohannes, ts. Petrus, ts. Martinus, ts.

Nos iam supranominati Rodericus Gundisalvi, una cum germano meo Garcia Gunzalvi, in hanc <cartulam> testamenti manus nostras roboramus. *(Signum).*

Iohannes qui notuit et cf.

195

1143, julio, 25.

Carta de familiaridad por la que Pedro Eriz dona a Caaveiro la mitad de "Bubani", en San Xulián de Carantoña.

C. MADRID, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 80v, col. 1-col. 2.
D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13.

In nomine Domini Ihesu Christi. Ego Petro Eriz et omnis vox mea, vobis prior Petrus, cognomento Gundiviaiz, et omnibus canonicis monasterii Sancti Iohannis de Calavario, do vobis de mea hereditate pro que collegistis me in omnibus beneficiis vestris et pro quo dedistis mihi de vestro habere, et est nominato, una bona equa et una pelle cordaria valente VIIIº solidis, et dedistis mihi ratione in vita mea. Et est ipsa hereditate nominata, medietate de Bubani, cum suo plantato, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est; et est ipsa hereditate territorio Prucius, discurrente ad ecclesiam Sancti Iuliani de Carontonia[40]. Ita ut de hodie die et tempore de iuri meo sit abrasa et iure prenominato monasterio de Sancto Iohanne de Kalavario et omnis canonicis eiusdem loci sit tradita atque confirmata, habeant et posside-

40 Por "Carantonia".

ant pacifice et quiete ipsa media de hereditate predicta de Bubani evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de mea parte aut de extranea, contra hoc factum meum et cartam testationis et venditionis ad isrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Habiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condempnatus, et vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in duplo restituat, et ad parte regis solidos D exolvat. Et ista carta semper plenam habeat roborem.

Facta carta testamenti et venditionis sub era M C LXXX Iª, et quotum VIII kalendas agustas. Tempore imperatoris Adefonsus. Principis Gallecie, comes Fernandus. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Didacus[41]. Archidiaconus, Petrus Corta Spada.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Oveco Pelait, cf. Furtunio Veremudiz, cf. Froyla Guterriz, cf.

Petrus, ts. Pelagius, ts. Iohannes, ts.

Ego prenomina<tus> Petro Eriz et omnis vox mea,, in hanc cartulam testationis et venditionis manu mea roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Munius qui notuit et cf.

196

1140, diciembre, 8.

Ardio y Eldoncia Arias donan a Caaveiro la parte que tienen en la iglesia de Santa María de Castro a cambio de diversas heredades y especies y la hermandad del convento.

B. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 80v, col. 2-fol. 81, col. 2.

In Dei nomine. Ego Ardio et germana mea Eldonza Arias et omnis vox nostra, ob remedium anime nostre et parentorum nostrorum, donamus atque concedimus et testamentum facimus ad ecclesiam Sancti Iohannis de Calavario et omnis congregatio canonicorum eiusdem hereditatem nostram propriam quam habemus de abiorum et parentorum nostrorum; et est ipsa hereditate territorio Prucius, scilicet, nostram porcionem de ecclesie Sancte Marie de Castro, unde iam dedit germano nostro Menendo Arias suo quinione integro predicte ecclesie, pro remedium anime sue et pro uno equo que dederunt illi de monasterium Sancti Iohannis de

41 En este tiempo ya no era Gelmírez arzobispo.

Calavario, preciato de Lª solidis, et ita mihi Eldoncia Arias dederunt in adiutorium una pelle preciata in VIIIº solidis et uno sesteiro de trictico, et V^{e} caseos, et IIIes cobros de carne; et receperunt nobis cum germano nostro simul in unum in beneficiis suis; et Ardio Arias non accepit munera, sed dedit eam pro anima sua. Damus et contestamus eam ad monasterium Sancti Iohannis evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo de nostra parte aut de extranea, contra hoc factum nostrum et cartulam testamenti ad isrumpendum venerit, imprimis sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore et cum Datam et Abiron in inferno dampnatus, et ad vocem monasterii iam predictus in duplo restituat, et vocem regis D solidos exsolvat. Et semper hunc factum nostrum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª LXXª VIIIª, et quotum VIº idus decembris.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Furtunio Veremudiz, cf. Gundisalvo Alfonso, cf. Veremudo Ranamiriz et presbiter, cf.

Pelagius, <ts.>. Martinus, <ts.>. Minius, <ts.>.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Nos iam supranominatis Menendo Arias et germanas meas nominatas Eldonza Arias et Ardio Arias et omnis vox nostra, in hanc cartulam testamenti manibus nostris roboramus et hoc signum iussimus facere. *(Signum).*

Godesteo qui notuit et cf.

197

1110, abril, 24.

Rodrigo Froilaz y su mujer Gunzina González donan a Caaveiro la cuarta parte de la iglesia de Santa María de Castro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 81, col. 2-fol. 81v, col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13. Omite las sanciones.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, qui humanus genus de limo formavit atque spiritu suo vivificavit. Ego Rodericus Froylaz, una cum uxore mea Guncina Gundisalviz et omnis vox nostra, ob remedium animarum nostrarum et celestis patris desiderium, facimus ad ecclesiam Sancti Iohannis Babtiste que vulgo dicitur Calavario cartam testamenti de IIIIª de ecclesia Sancte Marie de Castro, que est in terra de Prucius; et habuimus illam IIII^{am} de ipsa ecclesia de ganancia de Alfonso Gundisalviz et ipse Adefonsus habuit de illa IIIIª duas partes de matri sue, IIII^{am} vero partem habuit de suo suprino Froyla Ataniz, propter suam partem

quam dedit ei in ecclesia Sancti Stephani de Herenes. Damus et concedimus eam et testamentum facimus omnipotenti Deo et Sancto Iohanne de Kalavario et canonicorum eiusdem ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod absit, aliquis homo ex parte nostra vel de extranea contra hunc factum nostrum et cartulam testamenti ad irrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in infernum sit condempnatus, et ad vocem predicti monasterii quantum inquietaberit in duplum restituat, et vocem regis solidos D pariat.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª XLª VIIIª, et quotum VIIIº kalendas maii. Regnante rege nostro Adefonso in Toleto. Comite Reimundo imperabat terra Sancti Iacobi, de Trastamar usque in Sauri. Pontifex Didacus Sancti Iacobi. Pontifex Gundisalvus in sede Minduniensis.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Adefonsus Suariz, cf. Martinus Brandonias, cf. Veremudus Renamiriz, cf.

Ferveus, ts. Nunus, ts. Menendus, ts. Rodericus, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Ego prenominatus Rodericus Froylaz insimul cum uxore mea dona Guncina Gundisalviz, in hanc cartulam testamenti proprias manus nostras roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum)*.

Gundisalvus qui notuit et cf.

198

[1126], julio, 25[42].

El conde de Galicia don Pedro y su mujer doña Mayor dan a Caaveiro la sexta parte de la iglesia de Santa María de Castro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 81v, col. 2-fol. 82, col. 2.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego comes Petrus et uxor mea comitissa donna Maior, ob remissionem peccatorum nostrorum, concedimus ad ecclesiam Sancti Iohannis Babtiste de Calavario VIª *** de ecclesia de

42 La fecha está a todas luces equivocada, por tanto hemos de suponer que sea inmediatamente posterior a la muerte de doña Urraca, si reina sólo el hijo, por tanto proponemos el año 1126 y era Mª Cª LXª IIIIª y no Mª Cª XXª IIIIª, y si entendemos que vivía el rey con su madre, habrá que suponer que fue entre 1120 y 1125, por la reina y el título de Gelmírez.

Sancta Maria de Castro que ganavimus de Arias Gundisalviz, et ipse Arias Gundisalviz de media de ipsa ecclesia habebat IIIª, et contempserunt eam sibi parentes sui, et dedit nobis querimoniam, et fecimus eam sibi habere, et ideo dedit nobis de ipsa IIIª, media, id est VIª quam concedimus Sancto Iohanne de Calavario. Et est ipsa ecclesia territorio Prucius, inter flumen Doronia et Iario, ut habeat et possideat predicto monasterio pacifice et quiete.

Si quis tamen venerit de nostra parte aut de sua vel de extranea, contra hoc factum nostrum et cartulam testamenti ad irrumpendum venerit, sit maledictus et excomunicatus et ad parte<m> Dei extraneus et habeat partem cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore in supplicium eternum, et ad parem regis pariat D solidos, et ad partem predicti monasterii quantum inquietaverit in duplo restituat. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª XXª IIIIª, et quotum VIII kalendas augusti. Regnante regem nostrum Adefonsus, filio Reimundo et mater eius Urraka, in Legione et in Tolleto. Principis in Gallecia, comes Petrus. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Didacus.

Ego prenominatus comes Petrus una cum uxore mea comitissa donna Maior, in hanc cartulam testamenti propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Ataniz, cf. Pelagio Muniiz, cf. Furtunio Veremudit, cf. Gundisalvus Menendiz, cf.

Pelagius, ts. Gundisalvus, ts. Munius, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Petrus qui notuit et cf.

199

1160, abril, 18.

Martín Pérez, "cognomento" Manta, dona a Caaveiro la sexta parte de la iglesia de Santa María de Castro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 82, col. 2-fol. 82v, col. 2.

In Dei nomine. Ego Martino Petri, cognomento Manta, et omnis vox mea facio kartulam testamenti ad monasterium Sancti Iohannis de Kalavario et canonicorum eiusdem loci de mea hereditate propria que ego habeo de avulorum et parentorum meorum, et est ista hereditate nominata meo quinione integro de Sancta Maria de Castro ***, de ipsa ecclesia VIª integra; et iacet in terra Prucius, inter duo flumina Doronia et Iario. Do itaque eam predicto

monasterio et canonicorum eiusdem ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum, quia receperunt me in beneficiis suis sive in morte quomodo in vita, et pro quo dederunt mihi unum equm bonum et uno bove obtimo, et alia multa prestancia que mihi fecerunt. Et etiam facio conveniencia et stabilitate in manu vestra prioris Froyla Meigo et canonicis eiusdem monasterio ut, si abitum ordinis voluero accipere aut vita mea dare[43], in vestro monasterio accipiam et non in alio loco nisi in Sancti Iohannis.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit ex mea parte vel de extranea contra hunc factum meum et cartulam testamenti ad isrumpendum veneri vel venero, sit maledictus usque in VII^{am} generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condempnatus, et ad vocem predicti monasterii pariat predictam hereditatem in duplo, et vocem regis D solidos restituat.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª LXLª VIIIª, et quotum Xº IIIIº kalendas maii. In tempore Fernandus rex. Principis Gallecie comes Gomecius. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Petrus.

Qui presentes fuerunt; *(en columna)* Roderico Mouro, cf. Didaco Moogo, cf. Froyla Moogo, cf. Pelagio Iohannis, cf. Munioni Parrega, cf. Pelagio Bauzola, cf. Suario Moogo, cf. Martino Alvitiz, cf. Petrus Ranemiriz, cf. Iohannes Petri, cf. Petrus Fernandi, cf.

Ego prenominatus Martino Petri, cognomento Manta, et omnis vox mea, vobis prior Froyla Meygo et canonicis eiusdem monasterii, in hanc cartulam testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Petrus notuit et cf.

200

1158, febrero, 28.

Elvira Peláez dona a Caaveiro la sexta parte de la iglesia de Santa María de Castro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 82v, col. 2-fol. 83, col. 2.

Notum est satis ac maxima veritate compertum quod si quis sponsam Christi, videlicet, Ecclesiam, de suis propriis rebus vel facultatibus honorare et adiuvare studeat, ab eodem Christo vero sponso in die novissimo cum ad iudicandum venerit, honorabitur et exaltabitur. Idcirco ego Elvira Pelagii, indigna et culpabilis Deo vota atque Canogii iam olim abbatissa,

43 Escrito "tare".

ob honorem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum et beatissime virginis Marie ac genitricis Dei necnon et sanctorum confessorum, martirum ac virginum et omnium sanctorum, et ob remissionem peccatorum meorum et ob remedium patris et matris mee meorumque parentum et omnium fidelium defunctorum, do et concedo sacrosancto altario beati Iohannis, precursoris Domini, ac Babtiste, et priori donno Pelagio Iohannis, sub cuius manu et regimine canonici in ipso monasterio de Calavario Deo militando serviunt, et omnibus eiusdem canonicis et voci vestre, facio textum scripture firmitatis et seriem testamenti de VIª unius ecclesie integre quam habeo de susceptione abiorum et parentorum meorum in valle de Prucios, et est ipsa ecclesia vocitata de Sancta Maria de Castro; do vobis medietatem de ipsa VIª eo pacta ut semper me in memoriam habeatis, et concedo eam vobis iure hereditario possidendam.

Si quis vero hoc meum scriptum sponte factum frangere temptaverit, quisquis fuerit qui talia comiserit, sit maledictus et excommunicatus et a fide Christi separatus, et pariat parti vestre solidos D et quod calumpniaverit duplatum. Et hoc testamentum semper sit firmum.

Facta series testamenti IIᵉ kalendas marcii, in era Mª Cª LXLª VIª. In tempore Fernandus rex. Principis Gallecie comes Gomecius. In cathedra Beati Iacobi, archiepiscopus Petrus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Ego Rudericus, quasi heremita, cf. Ego Martinus, presbiter, cf. Abbatissa donna Elvira Muniz, cf. Elvira Pelagii, propria manu, cf.

Petrus, ts. Pelagius, ts. Iohannes, ts.

Ego Elvira Pelagii, in hoc scriptum sponte factum manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Martinus qui notuit et cf.

201

s.d. San Martín do Porto.

Testamento de Gonzalo Menéndez.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 83, col. 2-fol. 83v, col. 1.

Hec est ordinatio quam ordinavi ego Gundisalvo Menendiz de omnia mea in vita mea qui fiat post obitum meum. Imprimis mando ut corpus meum habeat sepulturam in Sancto Iohanne de Calavario, et mando ibi mecum meas hereditates ecclesiasticas quam habeo de avulorum et parentorum meorum. Et sunt ipsas hereditates nominatas in terra Prucius, videlicet, de ecclesia Sanctus Christoforus de Guimir, et mea porcione et de frater meus et de Sancta Maria de Castro, et media de mea porcione de Inder, et est una servicialia bene populada cum

sua populatione et cum ipso homine ad bene faciendum pernominato Petro Rubio; \et/ mea porcione et de frater meus de Sancto Martino de Andrade quam dederat iam ibi frater meus; et in terra Bisaquis VIª de ecclesia Sancti Salvatoris de Maninus quam tenebam im prestimonio de Sancto Iohanne, et quito eam sibi sine contempsa; et in terra de Cetaria, mea porcione de Sancto Iohanne de Moeste. Istud iam suprascripto do et concedo ad Sancto Iohanne de Calavario. Et alio meo <h>abere dividant per medium cum uxor mea, et meo dimidio dividant in debitas meas, et si remanserit dent inde Sancto Iohanne.

Et ista manda fuit facta in Sancto Martino de Porto, im presentia bonorum hominum, quando volebam ire in exercitu regis ad terram sarracenorum.

202

1143, junio, 24[44].

Rodrigo Suárez dona a Caaveiro una heredad en "Baniovre", a cambio de ser ayudado y enterrado en el monasterio.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 83v, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Roderico Suariz, presbiter, et omnis vox mea, negligens, timens pondere peccatorum meorum, ob remedium anime mee et parentum meorum, facio cartulam testamenti de hereditate mea propria quam habeo de parte avulorum meorum et parentum meorum ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario; et est ipsa hereditate in villa que vocitant Baniovre, territorio Prucii, mea porcione integra quantum mihi competet inter meos germanos et heredes, super tale actio ut contineatis me in vita mea et quando ego voluero accipere ordinem ut recipiatis me in societate vestra, et ad obitum meum sepeliatis me in monasterio vestro de Sancto Iohanne. Per isto pacto do vobis prior<i> et conventui Sancti Iohannis de Calavario istam predictam hereditatem et pro animam meam ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de mea parte aut de extranea, contra hunc factum meum et cartulam testamenti ad isrumpendum venerit vel venero, pariat ad vocem monasterii ipsam hereditatem duplatam, et ad partem regis CC solidos. Et ista mea carta semper plenam habeat roborem.

Facta cartula testamenti sub era Mª Cª LXXXª Iª, et quotum VIII kalendas iulii. In tempore regis Fernandi. Principis Gallecie, comes Gundisalvus. Archiepiscopus Compostellanus, Pelagius Camundus. Archidiaconus, Petrus, cognomento Corta Spada.

44 Hay error en la fecha, siendo incompatibles Fernando II y Pelayo Camundo (1153-1156) entre sí y con la fecha dada.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Oveco Pelait, cf. Fortunio Veremudit, cf. Gundisalvo Menendiz, cf. Suarius Iohannis, cf.

Froyla, ts. Martinus, ts[45].

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Ego prenominatus Rodericus Suariz, presbiter, et omnis vox mea, in hanc cartulam testamenti manus meas roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Pelagius qui notuit.

203

1204, junio, 2. Monfero.

Manda de don Pedro Bermúdez de Andrade al monasterio de Caaveiro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 84, col. 1-col. 2.

Hec est manda que mandavit donnus Petrus Veremudiz de Andrade ad Sancti Iohannis de Calavario. Imprimis ego donnus Petrus Veremudiz mando ad prefatum monasterium Sancti Iohannis mea portione integra de ecclesia Sancti Martini de Andradi; et mea portione integra de Alon cum Petro Petri, meo serviciali, cum omni sua populatione; et similiter do et concedo ad prefatum monasterium in Burganis, mea portione integra de ipsa ecclesia et uno serviciale cum tota sua suberi. Et similiter mando ad Pelagio Rierio pro suo <h>abere uno serviciale in Alon cum omni sua populatione; do ei et concedo omnes has hereditates superius scriptas. Do et concedo et testamentum facio[46] ad prefatum monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicorum eiusdem ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hunc meum factum[47] et seriem testamenti ad isrumpendum venerit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore in inferno sit condempnatus, et ad vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in duplum restituat, et vocem regis C^{m} aureus *(sic)* persolvat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti apud Mons Ferus, IIIIº nonas iunii, sub era Mª CCª XLª IIª. Tempore regis Alfonsi. Principis Gallecie, comes Gomecius. Compostellanus archiepiscopus, Petrus.

45 En realidad en ambos casos pone "cf.", erróneamente.

46 Escrito "fatio".

47 Repetido y borrado por expuntuación "factum".

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Abbas Montis Feri donnus Iohannes, cf. Frater Petrus, monachus, cf. Frater Pelagius Moogo, monacus, cf. Pelagius Petri, miles, cf. Fernandus Petri, dicto Saniurgio, miles, cf. Iohannes Cordus, monacus, cf.

Et[48] alii multi qui presentes fuerunt.

Ego dompnus Petrus Veremudit iam supranominatus, in hunc seriem testamenti manibus meis roboravi et confirmavi et signum hoc facere iussi. *(Signum)*.

Martinus qui notuit et cf.

204

1204, junio, 2. Monfero.

Don Fernando Pérez, "dictus" Saniurgio, dona a Caaveiro una heredad en Grandal y otra en Vilachá.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 84, col. 2-fol. 84v, col. 2.

Sciant tam presenti quam posteri quod ego dompnus Fernandus Petri, dicto Saniurgio, do et concedo et testamentum facio ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et omni congregatio canonicorum eiusdem loci, de mea hereditate propria que habeo in terra Prucius, in villa que vocitant Grandal, concurrentia ad ecclesiam que vocitant Sancti Petri de Grandal, et est media de una servicia\l/ia cum hereditate et[49] avere et cum omni sua populatione. Similiter, et in Villa Plana, una servicialia quam teneo im prestimonio de predicto monasterio de Sancto Iohanne modo do eam et quitam ad prefatum locum cum II^{os} boves et cum Iª vaca et cum XII rexelos, ut habeant et possideant pacifice et quiete vocem predicti monasterii imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hunc meum seriem testamenti ad isrumpendum ven<er>it, quisquis fuerit[50], sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in infernum luat penas, et vocem monasterii quantum calumpniaverit in duplum restituat, et vocem predicti monasterii C^{m} aureos vel vocem regis persolvat.

Facta carta apud Mons Ferus, IIIIº nonas iunii, sub era Mª CCª XLª IIª. Tempore regis Alfonsi. Principis Gallecie, comes Gomecius. Archiepiscopus Compostellanus, Petrus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Abbas Montis Feri domnus Iohannes, cf. Donnus Petrus Veremudi, cf. Pelagius Petri, cf. Pelagius Moogo, monacus, cf. Martinus, dictus Cocleares, monacus, cf. Donnus Ordonius, monacus, cf.

48 Agujero en el pergamino, de 8 milímetros, que separa "E-t", y en el renglón inferior "E-go".

49 Hueco en blanco de 15 milímetros.

50 Agujero de 8 milímetros en el pergamino.

Et alii plures qui presentes fuerunt.

Ego prenominatus donnus Fernandus Petri, in hanc cartulam testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Martinus qui notuit et cf.

205

1096, agosto, 29.

Rodrigo Froilaz y su mujer doña Guncina dan a Caaveiro una heredad y sus hombres en Carantoña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 84v, col. 2-fol. 85 , col. 1.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 13. Con algunas variantes en el texto.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Roderico Froylaz et uxor mea domna Goncina facere decrevimus testamentum scripture de homines et de hereditate quos habemus in Carantonia, et sunt ipsos homines pernominatos Fernando et filios suos et proienie sue. Damus eos cum omnia bona sua ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario pro remedium anime nostre et parentorum nostrorum. Damus eos cum ipsa hereditate in quo illis sunt demorantes ut serviant predicto monasterio cum illa, sicut serviunt nobis, evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo de nostra parte aut de extranea contra hoc factum nostrum et cartulam testamenti ad isrumpendum venerit vel venerimus, imprimis sit maledictus usque in VIIam <generationem> et cum Iuda traditore Domini et cum Datam et Abiron quos terra obsorbuit in inferno dampnatus, et ad parte<m> regis pariat DCC solidos.

Facta cartula testamenti in era Mª Cª XXXª IIIIª, et quotum IIIIº kalendas setembris.

Ego Roderico Froylat et uxor mea domna Guncina, in hoc testamentum quam fieri elegi manibus nostris roboravimus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

In tempore regina domna Urraka. Dominante Gallecia filius eius in manu comite Petro.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Archiepiscopus Didacus, ecclesie Beati Iacobi, cf. Oveco Goterriz, cf. Ecca Stefaniz, cf.

Rudericus, ts. Petrus, ts. Martinus, ts.

Et alii plures qui presentes fuerunt.

Gudesteus qui notuit et cf.

206

1153, junio, 24.

Gonzalo Menéndez con su mujer doña Mayor donan a Caaveiro una heredad en Visuz, en Santa María de Centroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 85, col.1-fol. 85v, col. 2.
CIT.: GONZALEZ, J.: Reinado y diplomas de Fernando III, vol. I, Córdoba, 1980, p. 171.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Gundisalvo Menendiz, prolix Menendo Fuliniz, una cum[51] coniuge mea domna Maiore et filiis ac filiabus meis ac nepotibus et omnis vox mea, ob remedium animarum nostrarum, facimus seriem testamenti de hereditate nostra propria quam habemus de succesione avulorum nostrorum vel parentum, pernominata villa de Vesuz, cum omnibus adiunctionibus suis, ecclesiam Sancti Iohannis Babtiste Calavariensis et canonici eiusdem ecclesie Deo servientibus; et est ipsa villa territorio Plucius, discurrente ad aulam Sancte Marie de Centronia. Et ita damus prefatam hereditatem a mari usque ad montem, exitus montium vel regresum, pascuis, palludibus, fontes, aquis aquarum, arbores fructuosas vel infructuosas, vel quantum ad prestitum hominis est, per suis terminis et locis antiquis per ubi eam potueritis invenire, a termino qui dicitur de ecclesia Carantonia et inde ad ripa maris, et de ipso marco de Castrello, et inde ad castro de Simbolio, deinde a ipso spinario de inter Bolio et Ventosa, et inde ad illa Penna Aquilaria. Do ego Gundisalvo Men<en>diz iam superius nominato ipsa villa pernominata de Vesuz integra per illam ubi obtinuerunt parentes meos. Ita ut de hodie die vel tempore de iuri meo sit abrasa et in iure supranominatus monasterii et canonicis eiusdem sit tradita atque confirmata, habeat ipsum locum prefatum Sancti Iohannis vel omnes qui ibidem vitam sanctam perseveraverint evo perhenni et secula cuncta, amen.

Si quis tamen ad isrumpendum venerit tam de mea parte quam de extranea, imprimis sit excomunicatus et anathematizatus et habeat partem cum Iuda Domini traditore et cum Datham et Abiron quos obsorbuit terra, et vocem monasterii pariat prenominatam hereditatem in duplo, et vocem regis mille solidos. Et semper hunc seriem testamenti remaneat firmum.

Facta kartula testamenti VIIIº kalendas iulii, sub era Mª Cª LXLª Iª. In tempore Adefonsus imperator. Principis Gallecie, comes Fernandus et frater Veremudus Petri et filius eius Gundisalvus in Gallecia. Archiepiscopus Petrus. Archidiaconus Petrus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Comitissa domna Tuda, qui ibi erat preses ad festivitatem sancti Iohannis, cf. Froyla Guterriz et alii plures, cf. Prior dompnus Petrus cum omni conventui canonicorum eiusdem, cf.

Froyla, ts. Petro, ts. Pelagio, ts. Petrus, ts.

---

51 Borrado por expuntuación “con”.

Et alii multi qui viderunt et presentes fuerunt.

Ego Gundisalvo Menendiz una cum coniuge mea et filiis nostris, in hunc seriem testamenti manus nostras roboramus. *(Signo rodado, en el cento una cruz y en torno a ella* CHRISTUS VINCIT. CHRISTUS REGNAT. CHRISTUS IMPERAT*)*.

207

1164, agosto, 1,

Juicio entre Oveco Pelaez y los canónigos de Caaveiro sobre la heredad de Visuz, que había dejado Gonzalo Menéndez al monasterio en Pruzos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 85v, col. 2-fol. 86, col. 2.

Era Mª CCª IIª, et quotum kalendas augusti. Horta fuit intentio inter canonicos ecclesie Sancti Iohannis de Calavario et Ovecum Pelaici super hereditatem de Vesuz, quam in vita sua testamento mandaverat bone memorie Gundisalvus Menendi monasterio Sancti Iohannis. Asserebat namque Ovecus Pelaici quod ipsa hereditate fuerat de avo et bisavo suo et habebat eam in scriptis suis. Et contra Petrus Sanchiz, canonicus eiusdem monasterii, iussu prioris sui et canonicorum, asserebat quod Menendus Folinici vixerat C^{m} annos et possiderat ipsam hereditatem semper absque calumpniatore, quam post reliquerat filio suo Gundisalvo Menendi, qui ipse vixit per annos C^{m}, et in vita sua liberam et absque calumpniam mandaverat pro anima sua eidem monasterio.

Super que devenerunt utrique ante comitissam donnam Sanciam in Burgo Fari, que dedit iudices qui iudicarunt eos, videlicet, Gundisalvum Anfonsi et Nunum Alvitiz et Petrum Nunnici et Veremudum Rosum, Veremudum Didaci et Munium Nunnici, qui unanimiter rectissimum esse iudicaverunt ut Ovecum Pelaici quereret suam hereditatem a filiis Gundisalvi Menendi et dimittere hereditatem in testationem monasterii, quod Ovecus Pelaiz nolui<t> complere.

Tunc comitissa mandavit ut ex utraque parte datis fideiussoribus irent ad iudices ecclesie Sancti Iacobi. Et dedit Ovecus Pelaiz fideiussores Froylam Froylez et Petrum Muniz in C^{m} solidis; et dederunt de parte monasterii Veremudum Didaz et Iohanne<m> Ruderici in C solidis. Post hec presentaverunt se ante iudicem donnum Petrus, priorem, et, auditis assercionibus utrorumque, iudicavit quod supradicti iudices iudicaverunt, scilicet, ut in filiis Gundisalvi Menendi et in bonis suis et voce quereret hereditatem suam et renunciaret monasterio Ovecus Pelaiz.

Ideo ego Ovecus Pelaiz facio scriptum anunciationis in solidis D roboratum super hanc asertiones et he<re>ditatem et vocem ipsius hereditatis, ut amplius nec ego nec aliquis in mea

voce veniam neque veniat in calumpnia neque vocem istam repetam.

Quod si aliter fecerim penam anun<tia>tionis suprascriptam pariam vel pariat qui pulsaverit.

Ego Ovecus Pelaiz in hac anun<tia>tione roborem facio. *(Signum).*

Qui presentem fuerunt: *(en columna)* Omnes suprascripti, cf. Decanus ecclesie Sancti Iacobi, Petrus Pardus, cf. Archidiaconus Iohannes Fernandi, cf. Petrus Muninci, eiusdem sedis, cf.

Et alii plures qui viderunt et audierunt.

Munio, clericus, qui notuit et cf.

208

1156, julio, 16.

Testamento de Elvira Pinoiz.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 86, col. 2-fol. 86v, col. 2.

Sub Christi nomine. Ego Elvira Pinoyz, gravi infirmitate detempta, vobis canonicis regularibus Sancti Iohannis de Calavario et vocem eiusdem monasterii, facio textum scripture firmitatis et kartulam donationis de hereditate mea propria quam habeo in Aion, et do vobis ibi illam porcionem quam vir meus ad obitum suum sancto cenobio vestro, pro remedio anime sue, reliquid et vos dedistis mihi dum vitam vixissem ad tenendum ea condicione ut post obitum meum relinquam vobis illam predictam hereditatem quam vobis dedit vir meus donnus Vistrarius Veremudiz, cum illa mea porcione quem ibi habeo, videlicet, medietatem ipsius casale et quartam ipsius hereditatis, pro remedio anime mee. Et hec hereditas est sita in territorio Prucios, subtus monte Breamo, concurrente ad ecclesiam Sancte Marie de Centronia. Hanc si quidem hereditatem mando ad ecclesiam Sancti Iohannis Babtiste et canonicis ibi servientibus pro victu et vestitu eorum, habete eam, possidete, donate et quicquid ex ea volueritis facite evo perhenni et secula cuncta. Et iamdictam hereditatem vobis concedo sicuti est conclusa in omnique giro per suis terminis et loca antiqua, pratis, pasquis et paludibus, sesicas molendinorum, arbores fructuosas vel infructuosas sicuti maneat divisa, lucramini eam, vendite, quicumque placuerit voluntatibus vestris facite ex ea, tali pacto ut ab hac die et tempore de iure meo sit abrasa vestroque iuri et dominio sit tradita atque confirmata.

Quod si aliquis homo ex gente mea vel de extranea contra hunc meum factum ad

isrrumpendum surrexerit vel surrexero, quisquis fuerit, pariat illam hereditatem duplatam et triplatam, et ex parte Dei omnipotentis sit escommunicatus et cum Iuda proditore Domini penas inferni sustineat. Et scriptum semper obtineat robur.

Facta kartula donationis Xº VIIº kalendas augusti, sub era Mª Cª LXLª IIIIª.

Ego Elvira Pinoiz cum filiis et filiabus meis, in hac kartula donationis manus meas roboro et confirmo.

Tempore Adefonsus rex. Principis Gallecie, comes Fernandus. Pontifex Sancti Iacobi, Petrus Helias.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Furtunio V<er>emudiz, cf. Gundisalvus Menendiz, cf. Gutterre Froylaz, cf. Pelagius de Cana, presbiter, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Munius, ts. Martinus, ts.

Petrus, clericus, qui notuit et cf. *(Signum y en torno a él Petrus notuit).*

209

1107, octubre, 21.

Testamento de Gutierre Bermúdez.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 86v, col. 2-fol. 87, col. 1.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Guter Veremuiz ad obitum meum facio testamentum de mea hereditate que habeo cum mea mulier: mea porcione integram ad Sancti Iohannis de Calavario et congregatio canonicorum eiusdem do et concedo propter tremendi diem iudicii et propter remedium anime mee. Et iacet[52] ipsa villa in valle Centronia, nomen Ayon, iuxta monte Breemo, rippa mare de Eume, discurrente ad ecclesia Sancti Christofori, per suos terminos per ubi potueritis eam invenire vel inquirere, casas cum suos plantatos et solares; de hodiernum die de meo iure sit abrasa et in vestro iure et dominio sit tradita atque confirmata ad prefatum monasterium Sancti Iohannis et ad ipsis qui ibi vita sancta perseveraverint.

Si quis tamen aliquis homo de mea parte vel de extranea contra hanc meam donationem et testamentum ad isrumpendum venerit vel venero, sit maledictus usque in septimam generationem et eucharistie separatus, et insuper solidos C^{m}, et ipsum qui petierit in duplum ad vocem predictum monasterium restituat.

Facta carta sub era Cª XLª Vª post milesima, et quotum Xº IIº kalendas novenbris.

Ego Gutier manu mea hoc testamentum roboro et confirmo. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Gudesteo, cf. Veremudo, cf. Gutier, abbas, cf. Froyla, cf.

Munio, ts. Arias, ts. Menendus, ts.

Alvitus qui notuit et cf.

210

1107, abril, 29.

Elvira Pinoiz da a Caaveiro su heredad de "Aión", en Santa María de Centroña, que ya había dado al monasterio su marido.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 87, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Elvira Pinoiz cum filiis et filiabus meis, Froyla Vistrariz et Maria Vistrariz, et vox mea, vobis canonicis Sancti Iohannis Babtiste de Calavario, facio textum scripture firmitatis et cartula donationis de hereditate mea propria quam habeo in villa Aion[53], territorio Prucios, subtus monte Breami, concurrente ad ecclesiam Sancte Marie de Centronia. Do et concedo vobis propter remedium anime mee illam porcionem quam vobis reliquid vir meus Vistrarius Veremuit ad obitum suum, et vos de capitulo vestro dedistis mihi illam ad tenendam dum vitam vixissem, et ad mortem meam dimittere illam totam sancto cenobio sicuti facio, scilicet, medietatem de uno casale et quartam ipsius hereditatis.

Facta carta testamenti sub era Cª XLª Vª post milesima, et quotum IIIº kalendas maii.

Ego Elvira Pinoyz cum filiis et filiabus meis, Froyla Vistrariz et Maria Vistrariz, et vox nostra, in hanc cartulam testamenti manibus meis roboro. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Froyla Guterriz, cf. Furtunio Veremudi, cf. Menendo Arie, cf.

Froyla, ts. Martinus, ts. Gundisalvus, ts.

Laurentius notuit et cf.

52 Repetido "iacet".

53 Escrito "Oion".

211

1174, julio, 7.

El monasterio de Caaveiro permuta diversas heredades por otras con Munio Ramírez, en Santa María de Doroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 87, col. 2-fol. 87v, col. 1.

Sub Christi nomine et Dei auxilio. Nos omnis canonicis Sancti Iohannis Calavariensis et omnis vox nostra, tibi Munio[54] Ramiriz et omnis vox tua, in Domino salutem, amen. Placuit nobis per bone voluntas et sana mente integroque consilio ut facimus tibi concambiatione de nostra hereditate et de alia tua in terra Prucios, in loco predicto Doronia, nominata Pumar dus Frades, et nostro quinione de Pumar Velio de Duruneira, totum istud damus tibi. Et accepimus de te medias de illas cortinas cum Didaco Muniz, et VIª de illa cortina de Barreiro cum suo plantato; et Vª de Spadanido, per terminis et divisionis suis, nos dedimus et tu accepisti, tu dedisti et nos accepimus; habeamus et possideamus unusquisque in sempiternum.

Et si aliquis homo evenerit de nostra parte aut de tua parte, pariat illas hereditates duplatas vel triplatas. Et nos et vox nostra et tu et vox tua perpetim habituras.

Facta cartula concambiacionis die quod erit era Mª CCª XIIª, et quotum nonas iulii.

Totis canonicis et omnis vox nostra, tibi Munio Ramiriz et omnis vox tua, et ego Munio Ramiriz et omnis vox mea vobis canonicis Sancti Iohannis Calavariensis, manus nostras roboramus. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Veremudo Furtuniz, cf. Froyla Guterriz, cf. Petrus Veremuiz, cf.

Iohannes, ts. Petro, ts. Pelagio, ts.

Martinus qui notuit et cf.

54 En realidad pone "Martino", pero en el resto del documento pone siempre Munio.

212

1212, febrero, 12.

Acenda Osoriz da a Caaveiro su heredad de "Portu", en Santa María de Centroña.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 87v, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Azenda Osoriz, una pariter cum meas filias, do et concedo et offero et testamentum facio Deo omnipotenti et Sancti Iohannis de Calavario et omnibus canoni<ci>s eiusdem, de hereditate mea que habeo et habere debeo de Portu, mea portione integra cum quantum ad prestitum hominis est, intus vel foris. Et est territorio Prucii, discurrente ad aulam Sancte Marie de Centronia, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo surrexerit de mea parte aut de extranea contra hunc meum testamentum ad isrumpendum venerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem et a corpore et sanguine Ihesu Christi sit segregatus, et vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in quadruplum restituat, et insuper solidos C^{m}. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta seriem testamenti sub era Mª CCª Lª, et quotum IIe idus februarii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Pelagius Petri, cf. Veremudus Petri, cf. Martinus Petri, cf.

Gundisalvus, ts. Rudericus, ts. Alvitus, ts.

Petrus qui notuit et cf. *(Signum).*

213

1240, mayo, 14.

María Rodríguez y su marido Rodrigo Froilaz venden a Caaveiro una heredad en "Porto", en Santa María de Centroña, por trece sueldos y uno en roboración.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 87v, col. 2-fol. 88, col. 2.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Maria Roderici insimul cum viro meo Rodericus Froyle, pro nobis et pro filiis et filiabus nostris qui nati sunt vel qui nati fuerint, a vobis priori domno Martino Roderici de Calavario et ad conventum ipsius monasterii Sancti Iohannis et omnique voces vestras, facimus vobis cartulam venditionis et textum scripture firmitatis imperpetuum valiturum, ita quod nos vendimus vobis quantam hereditatem habemus

et habere debemus de abiorum et parentorum nostrorum in territorio Pruziis, in loco predicto in villa que vocitant Porto, secus fluvius Eume, in concurrencia Sancte Marie de Centronia. Sic damus nobis ad vobis ipsam iamdictam hereditatem cum totis omnibus suis directuris vel pertine<n>ciis suis, per ubicumque potueritis invenire, pro precio nominato que nobis et vobis bene complacuit, im precio XIII solidis et in roboratione Iº solido, et de precio nec de roboratione nichil apud vos remansit in debitum; habeatis vos et vocem monasterii imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo de pars nostra vel de extranea contra hunc factum nostrum et cartam testamenti ad isrumpendum vel contrariandum venerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Iuda traditore Domini in inferno condempnatus, et insuper in penam pariat D solidos, et quantum inquietaverit in duplo restituat. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Ego iam supradicta Maria Roderici, pro me et pro omnique voci mee, et cum viro meo Roderico Froyle, in hanc cartam venditionis quod iussimus facere propriis manibus nostris roboramus. *(Signum).*

Facta karta venditionis sub era Mª CCª LXXª VIIIª, et quotum IIᵉ idus maii. Regnante rege nostro domno Fernando. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Iohannes Arie. Principis Gallecie, donno Roderico Gomez. Archidiacono, Iohannes Cresconii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Rodericus Petri, miles, cf. Petrus Roderici, miles, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Iohannes Roderici, canonicus, cf. Donnus Helias, canonicus, cf. Petrus Gundisalvi, clericus, cf.

Martinus Iohannis, clericus, ts. Iohannes Iohannis, clericus, ts. Iohannes Martini, scriptor, ts.

Et conventui eiusdem loci et alii plures.

Petrus Iohannis qui notuit et cf.

214

1102, marzo, 22.

Luzo Guimaraz y su mujer doña Marina Arias dan a Pedro Gosindit, presbítero, la vila de "casal de Oario", en Cermuzo.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 88, col. 2-fol. 88v, col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 5. Variantes en el texto y muy deteriorado en la primera parte.

In Dei nomine. Ego Luziu Gimarat una cum uxore mea domna Marina Arias, tibi Petro Gusindit, presbiter, in Domino Deo eternam salutem. Magnum est enim titulus donacionis et

decorus est valde in quo nemo potest actum largitatis irrumpere neque legem foris proicere sed quicquid grato animo et propria voluntate donatur vel offertur semper opportet libenter amplecti. Et ideo nos supradictos, tibi Petrus, presbiter, facimus cartulam de nostra villa propria que habemus in territorio Prucius, inter duos fluvios Eume et Doronia, sub monte Breamo. Damus tibi ipsa villa vocitata Casale de Oario, in villa de Cermuezu, concurrentiam Sancti Salvatoris, per ubi ea potueritis invenire per suis terminis et locis antiquis, cum quantum ad prestitum hominis est, intus et foris, per ubi eam obtinuerunt antecessores nostri; damus eam tibi que habeas nos in mente in tua oratione et pro que assidue et studiose missa et vigilias et vesperas exsolvas pro uno anno ibi in Sancto Matheo super corpus domno Luzio, et teneas ipsa villa in tota tua vita, et post obitum tuum caritatem fraternam tibi postulamus, et non sit tibi dubio, et da eam pro anima tua et exsolvendi in nos peccatorum vincula ad Sancti Iohannis Calavariensis, et non sit tibi dubio de totas alias partes habeas[55] integra in omnique tempore, ita ut de hodie die et tempore ipsa villa de iuri nostro sit abrasa et in iure tuo sit tradita atque confirmata.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo contra hunc factum nostrum inquietare presumpserit pariat tibi ipsa hereditate duplata vel triplata, et ad partem regis CC solidos pariat, et sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus.

Ego Luzio Gimaraz et uxor mea Marina Arias et voci nostre, in hac carta manus nostras roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Facta carta testamenti in era Mª Cª XLª, et quotum XIº kalendas aprilis. In temporibus regis Adefonsus et gener eius donno Reimundo, Compostellano episcopo, Didacus. Archidiaconus, Corta Spada.

Qui presentes fuerunt; *(en columna)* Abbas Tedon, cf. Abbas Gundisalvus, cf. Godesteus Arias, cf.

Gutier, ts. Gundisalvus, ts. Pelagius, ts.

Veremudus qui notuit et cf.

215

1113, marzo, 22.

El canónigo Pedro Gosindiz da a Caaveiro la mitad de la heredad de "Ripa", en el "casal de Onorio", junto a Campolongo.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 88v, col. 2-fol. 89, col. 1.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 5, con algunas variantes.

---

55 Cancelado "tis".

Ego Petrus Gosindiz, presbiter et canonicus, do et testamentum facio de hereditate que ganavi de domno Luzio Gimaraz et de uxor eius Marina Arias, que dederunt mihi pro uno anale que tenui pro illis de missas et de vesperas et de matutinis in Sancto Mateo; et dederunt illam mihi tale actio ut tenuissem eam in vita mea et ad obitum meum relinquissem illa ad Sancti Iohannis de Calavario pro anima mea et pro animabus illorum et ita facio. Do et offero illam sancto cenobio de Sancto Iohanne de Calavario et canonicorum eiusdem ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum. Et est ipsa hereditate territorio Prucius, vocitata Casale de Onorio, cognomento Ripa, subtus monte Breamo, iuxta Campo Longo, media de ipsa hereditate, intus et foris, per ubi eam invenire potueritis, cum quantum ad prestitum hominis est.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo ex mea parte vel de aliena, contra hoc factum meum infringere temptaveit, sit maledictus et anathematizatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ipsa hereditate ad monasterium reddat in duplo, et ad partem regis CC solidos pariat.

Facta carta testamenti in era Mª Cª Lª Iª, et quotum XIº kalendas aprilis. In temporibus Reimundi comitis et regine domna Orraka. In Gallecia, comite Petrus Froyle. In sede Sancti Iacobi, episcopus Didacus. Archidiaconus, Corta Spada.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Abbas Tedon, cf. Abbas Gundisalvus, cf.

Petrus, <ts.>. Martinus, <ts.>. Iohannes, <ts.>.

Ego Petrus Gosindit et voci mee, in hoc carta testamenti manus meas roboro et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Gundisalvus Muniz qui notuit et cf.

216

1234, diciembre, 18.

Rodrigo Pérez, "cognomento" Bazaco, da a Caaveiro su parte en la iglesia de Santo Tomás de Bemantes.

C. Madrid, A.H.N., Cód.1439B, fol. 89, col. 2.

Sub Christi nomine. Ego Roderico Petri, cognomento Bazaco, do et offero ad monasterium Sancti Iohannis de Kalavario et ad omni congregatione canonicorum eiusdem omnia mea porcione integra de ecclesia Sancti Thome de Vemantes que est in territorio Prucii, secus flumen Lambre. Do itaque eam et concedo prefato monasterio ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum tam de mea generatione quam de aliena, contra hanc meam donacionem testamenti ad isrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit in duplum restituat, et insuper D solidos.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª LXXª IIª, et quotum Xº Vº kalendas ianuarii.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Thomas Ovequiz, miles, cf. Iohannes Roderici, armiger, cf. Petrus Froylaz, miles, cf. Lupus Suarius, miles, cf. Abril Veremudit, miles, cf. Petrus Petri, miles, cf.

Facta carta testamenti in tempore Fernandum regis. Principis Gallecie, Rodericus Gomez. Compostellano archiepiscopo, Bernardo.

Ego iam prenominatus Rodericus Petri, connomento Bazaco, et omni voci mee, in hanc cartam testamenti manu mea roboro et confirmo. *(Signum)*.

Iohannes qui notuit per mandato eiusdem et cf.

217

1188, mayo, 6.

Elvira Núñez da a Caaveiro una servicialía en Recimil, en San Xulián de Becín.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 89v, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Elvira Nuniz et omnis vox mea do et offero et testamentum facio omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicorum eiusdem de mea hereditate propria que habeo in terra Parrega, in villa nu<n>cupata Recimir, que iacet inter Tarulio et Sancti Iohannis de Lagostelli, videlicet una servicialia integra bene populata cum omnibus suis directuris eidem pertinentibus, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Ita do eidem monasterio ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum tam de mea generatione quam de aliena, contra hanc meam donationem et cartam testamenti ad isrumpendum venerit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in infernum luat penas, et pariat predictam hereditatem in duplo ad monasterium[56], et voci regis C^{m} aureos exsolvat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta seriem testamenti sub era Mª CCª XXª VIª, et quotum IIe nonas maii. In tempore Adefonsus rex et comite Gomez. Minduniensis episcopus, Rabinatus.

56 Repite "in duplo".

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Rodericus Gundisalvit, cf. Petrus Pego, cf. Petrus Meigo, cf. Salvatoris Nuniz, cf. Pelagius Barro, cf. Petrus Afiliado, cf.

Gundisalvus, ts. Munius, ts. Ramirus, ts.

Iohannes qui notuit et cf. *(Signum)*.

218

s.d.

Noticia de la fundación y división de la iglesia de Santa Cruz de Parga y cómo llegó a tener Caaveiro su mitad.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 89v, col. 2.

Hec est noticia de hereditates et de generationes, videlicet, Alvitus Andrias et Pelagius Andrias et Munius Andrias et Gudina Andrias fuerunt germanus et fundaverunt ecclesia in Sancta Crucis de Parrega in quartas. Munius Andrias dedit omnia sua porcione quantum habebat in Uncia a germana sua Gudina Andrias pro porcione sua quam habebat in predicta ecclesia de Sancte Crucis de Parrega, id est, IIII[a] integra, et fecit sibi medietatem. Munius Andrias fuit pater de Munio Parrega, canonico, obiit Munius Andrias, quod erat clericus, et remansit ecclesia in filio suo Monio Parrega, et misit se in Sancto Iohanne de Calavario in ordine, et dedit ibi secum medietatem de ipsa ecclesia de Sancte Crucis pro remedium anime sue et parentum suorum.

219

[1170-1172], marzo, 13[57].

Testamento de Munio Muniz, "dictus" Parrega.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 90, col. 1-col. 2.

Unusquisque enim finem suum ignorat et omnis etas evenire sibi occasum formidat. Et ideo ego Munio Muniiz, dicto Parrega, timeo penas inferni et diem iudicii, dispono de omnibus meis quid fiat post obitum meum. Imprimis mitto me in ordine in Sancto Iohanne de

57 La fecha que da el documento es 1098, a todas luces imposible. Proponemos el periodo que es común al arzobispado de Pedro Gudesteiz en Santiago y al obispado de Juan Pérez en Mondoñedo.

Calavario, et mando ibi mecum mea hereditate que habeo de abiorum et parentorum meorum in terra Parrega, id est, medietatem de Sancte Crucis. Ita do et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicorum eiusdem medietatem prenomi<na>ta ecclesia de Sancte Crucis de Parrega cum omnibus rebus et directuris eidem ecclesie pertinentibus, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generatione quam de aliena, contra hunc seriem testamenti temptaverit vel ad isrumpendum venerit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condempnatus, et vocem predicti monasterii quantum inquietaverit in duplo restituat, et ad vocem regis mille morabitinos[58] persolvat.

Facta carta testamenti sub era Mª Cª XXXª VIª, et quotum IIIº idus marcii. Regnante rege Fernando in Legione. Comite Petrus. Compostellano archiepiscopo, domno Petro Godesteci. Episcopus Minduniensis, domno Iohanne.

Ego prenominatus Munio Muniiz, cognomento Parrega, in hunc seriem testamenti manus meas roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus, cf. Vimara, cf. Gundisalbo, cf.

Roderico, ts. Martino, ts. Ramiro, ts.

Iohannes qui notuit et cf.

220

997, noviembre, 8.

La condesa doña Ardio dona a Caaveiro la iglesia de Santa Cruz de Parga.[59]

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 90, col. 2-fol. 90v, col. 2.

Dompnis invictissimis ac triumphatori gloriose Sancte Crucis in cuius honore ecclesia fundata est in terra Parrega. Ego comitissa donna Ardio, de consensu viri mei comiti domno Alvito et soror mea ona dona Azenda, damus et concedimus ecclesiam Sancte Crucis de Parrega supra nominata monasterio Sancti Iohannis de Calavario, pro remedio animarum et parentum nostrorum, integram, que fuit de patre nostro et de avolos nostros, cum omnibus suis terminis antiquis, ita ut de hodie die de nostro iure sit abrasa et in vestro iure sit tradita atque confirmata evo perhenni secula cuncta. Ita tamen quod omnes qui ibidem perseveraverint et

58 Escrito "morabotinos".

59 Los dos documentos anteriores, que hablan de la iglesia de Santa Cruz de Parga, en fecha posterior, hacen dudar de la autenticidad de éste.

canonicalem vitam deduxerint, ecclesiam supranominatam possideant una pariter cum canonicos et fratres qui fuerint in monasterio Sancti Iohannis, ipsos pascant ibidem ordinem canonicalem.

Quod et confirmamus[60] per Deum et regnum Ecclesie eius, quod contra hoc testamentum vel donationem ad isrumpendum non veniemus. Quicumque autem ex parte propinquitatis mee vel extranee in voce posicionis mee facti huius disrumpere voluerit tenorem et per quamlibet ambitionem covellere voluerit devotione, imprimis sit excommunicatus, arsus et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi more illi proveat, ita ut segregatus a Deo iustorum perpetuo luat cum diabolo penas tartarei vel inferni, et insuper ipsi monasterio vel voci ecclesie duas libras auri solvat, partim item ecclesie possidendas.

Facta scriptura testamenti vel donationis sub die VIº idus novembris, era Mª XXXª Vª.

Ego comitissa dona Ardio hoc testamentum vel donationem quod fieri iussi manu mea roboro et confirmo. Ego ona dona Azenda, hoc testamentum vel donationem confirmo, cf. *(Signum)*.

(En columna): Ego comes domno Alvito, cf. Formarigus, abbas, cf. Hertunius, abbas, cf. Infolcius, presbiter, cf. Licidus, presbiter, cf. Altitus, presbiter, cf. Bonellus, presbiter, cf. Faginus, presbiter, cf. Ermegildus, presbiter, cf.

Merinalem, presbiter, ts. Viliulfus, presbiter, ts. Daniel, ts.

Iohannes Brunius qui notuit et cf.

221

1172, septiembre, 13.

El tesorero de la iglesia de Lugo, Miguel, da a Caaveiro una casa en esa ciudad.

C. Madrid. A.H.N., Cód. 1439B, fol. 90v, col. 2-fol. 91, col. 1.

(Christus). Quia acta humana de facili a memoria hominum elabuntur et ea que inter presentes geruntur succedentium noticie subtrahuntur, donacionem cuiusdam domus que est in Lucensi civitate, loco satis noto in vico novo, circa portam Sancti Petri, ex una parte domus domni Pelagii Parvi, et ex altera domus Veremudi Fernandi cum suo exitu, quȧm domnus Michael, bone memorie Lucensis thesaurarius, in canonicos de Calaveiro , pro remedio anime sue necnon et parentum suorum sollemniter et coram multis celebravit, scripto iussimus comendandam.

60 Repite la sílaba "ma".

Ego supradictus Michael quod fieri iussi manu mea propria roboro. *(Signum)*.

Regnante rege Fernando. Apud Lucensem civitatem, episcopo domno Iohanne. Factum est hoc sub era Mª CCª Xª, et quotum idus setembris.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus, cantor Lucensis ecclesie, cf. Gundisalvus, canonicus, cf. Pelagius Iohannis, canonicus, cf. Gutier, canonicus, cf. Petrus Pelagii, canonicus, cf. Omnes canonici, cf.

Rubertus, ts. Veremudus, ts. Iohannes, ts. Froyla, ts. Petrus, ts.

Iohannes notuit et cf.

222

1163, junio, 4.

Testamento de Pedro Furtuniz.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 91, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Petrus Furtunii, fortiter vulneratus, mitto me in ordine in Sancti Iohannis de Calavario, sub regula Sancti Augustini, et do et offero et concedo ibi mecum sancto cenobio et canonicorum eiusdem, pro anima mea et parentum meorum, mea hereditate propria que habeo et habere debeo in terra de inter ambas equas *(sic)* in loco nominato villa que vocitant Cazanes, et est, de una VIIIª et media de VIIIª, una VIIª. Do eam ad ipsum monasterium ab integro cum omnibus directuris et pertinenciis suis ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futuram tam de meo genere quam de alieno, contra hunc seriem testamenti ad isrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper D solidos. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta seriem testamenti sub era Mª CCª Iª, et quotum IIe nonas iunii. Regnante rege Fernando et comite Gomez. Compostellano archiepiscopo, Petro. Episcopus Minduniensis, Rabinatus[61].

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Nuno Pelagii, cf. Gundisalvus Menendi, cf. Veremudo Menendi, cf.

Rodericus, ts. Martinus, ts. Gundisalvus, ts.

Martinus qui notuit.

61 Cancelado "episcopus".

223

1077, mayo, 28.

Iñigo Suárez y su mujer doña Jimena dan a Caaveiro una parte de la iglesia de San Xulián de Cazás.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 91v, col. 1.

In nomine sancte et individue Trinitatis et in honore beate Marie et sancti Iohannis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum, martirum, confessorum atque virginum. Ego Enego Suerii et uxor mea domna Exemena et voci mee, do et offero ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario meo quinione que habeo in ecclesia Sancti Iuliani de Cazanes, et est nominato una VIIIª et media de una VIIIª, pro remedium anime mee et parentum meorum, habeant et possideant ipsos canonicos que ibi fuerint et vita sancta perseveraverint evo perhenni et secula cuncta. Et est ipsa ecclesia inter ambas aquas, Pigara et Ladra.

Si aliquis homo de mea parte vel de extranea ista carta fregerit, sedeat maledictus usque in septimam generationem, et a parte regia pariat duas talentas *(sic)* auri, et insuper quantum calumpniaverit in duplum reddat.

Facta carta sub era Mª Cª Xª Vª, et quotum Vº kalendas iunii. In tempore rex Fernandus. Prestameiro, Veremudus Alvariz. In sede Minduniensis, episcopus Iohannes. Archidiaconus, Rabinaldus. Qui terra tenet, Furtunius Petri. Abbas Froyla de Distirit.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus Adefonsus, cf. Froyla Suarit, cf. Suarius Erit, cf.

Rodericus, ts. Ramirus, ts. Martinus, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Ego Enigo Suerii in hac carta manus meas roboro. *(Signum).*

Petrus qui notuit et cf.

224

1086, abril, 2.

Bermudo Suárez y su mujer Guncina Bermúdez dan a Caaveiro una parte de la iglesia de San Xulián de Cazás.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 91v, col. 1-col. 2.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Unde ego Veremudus Suerii et uxor mea Guntina Veremudi et voci mee, do et offero ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario mea hereditate que habeo in ecclesia Sancti Iuliani de Cazanes, quanta ibi habeo vel habere debeo, et est meo quinione nominato una VIIIª et media de VIIIª. Do ea ad ipsum monasterium iam nominatum pro remedium anime mee et parentum meorum et ut habeam partem in omni bono que ibi fuerit[62] factum usque in finem. Et est ipsa ecclesia iuxta rivulo Pigara, subtus montis de Trabe, territorio de inter ambas aquas. Testo ipsa mea hereditate ad ipsum monasterium ut habeant ea ipsos canonicos vel fratres que ibi fuerint et vita sancta ibi perseveraverint; do ea intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est.

Si quis igitur in futurum, tan de meo genere quam de alieno, ista carta irrumpere temptaverit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat et cum Datam et Abiron in infernum descendat et fiat maledictus usque in septimam generationem, et insuper quantum calumpniaverit in duplum reddat, et domino terre duas libras auri persolvat.

Facta carta sub era Mª Cª XXª IIIIª, et quotum IIIIº nonas aprilis. In tempore imperatore domno Adefonso. Comes, donno Alvaro. In sede Minduniensis, episcopus Petrus. Abbas Pelagius de Belsar. Qui terra tenet, Rodericus Erit.

Ego Veremudus Suerii in hac carta manus meas roboravi et hoc factum confirmavi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Adefonssus Erit, cf. Suarius Erit, cf. Froyla Veremudi, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Pelagius, ts.

Et alii plures videntes et audientes.

Iohannes qui notuit et cf.´

225

1241, junio, 5.

Martín Iohannis da a Caaveiro cuanta heredad tiene en San Cristovo,en Santa María de Labrada.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 92, col. 1-col. 2.

62 Pone "fuerint".

In Dei nomine. Ego Martinus Iohannis[63] do et offero et concedo omnipotenti Deo et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatio canonicorum eiusdem, im presencia prior Martinus Roderici et capituli eius, omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo in Sancti Christofori, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Et iacet ista hereditate inter ambas aquas, in loco inter Palos de Comite et inter villa que vocitant Laborata. Do ea et concedo prefato monasterio per suis locis et terminis antiquis, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum, pro remedium anime mee et parentum meorum.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de pars mea vel de extranea, contra hunc factum meum vel seriem testamenti ad irrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit qui talia comiserit, imprimis sedead maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper voci regis CCC solidos persolvat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub die quod erit nonas iunii, era Mª CCª LXXª VIIIIª.

Ego prenominatus Martinus Iohannis in hac carta donationis et testacionis quod fieri elegi manus propriis roboro et confirmo. *(Signum).*

In tempore regis Fernandi. Principis Gallecie, Roderico Gomez. Minduniensis episcopus, Martinus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Petri, archipresbiter, cf. Pelagius Garsia, presbiter, cf. Iohannes Petri, presbiter, cf.

Rodericus Iohannis, ts. Pelagio Iohannis, ts. Petrus Iohannis, cognomento Bechi, ts.

Pelagius notuit et cf.

226

1241, junio, 5. Caaveiro.

Juan Pérez, clérigo de "Vila Peni", da a Caaveiro la heredad que tiene en San Cristovo, en Santa María de Labrada.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 92, col. 2-fol. 92v, col. 1.

In Dei nomine. Ego Iohannes Petri, clericus de Villa Peni, ob remedium anime mee et parentum meorum do et offero et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario, im presencia prior Martinus Ruderici et capituli eius, de mea hereditate propria que habeo in terra de Monti Nigri, inter ambas aquas, in loco nomina-

63 Blanco de 45 mm.

to Sancti Christofori, quod iacet inter Laborata et Palos de Comite. Do itaque prefato monasterio porcione mea ab integro per ubicumque potuerint invenire, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de pars mea vel de extranea, contra hunc factum meum ad isrumpendum venerit, quisquis fuerit qui talia comiserit, imprimis sedeat maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in quadruplum reddat, et insuper ad vocem regis CCC solidos. Et semper factum meum et seriem testamenti permaneat firmum.

Facta series testamenti sub die quod erit nonas iunii, era Mª CCª LXXª VIIIIª. Tempore regis Fernandi, Principis Gallecie, Rodericus Gomez. Minduniensis episcopus, Martinus.

Ego prenominatus Iohannes Petri, clericus, in hunc seriem testamenti manibus meis roboro et confirmo. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Petri, archipresbiter, cf. Pelagius Garsie, presbiter, cf. Iohannes Petri, presbiter, cf.

Rodericus Iohannis, ts. Pelagio Iohannis, ts. Petrus Iohannis, cognomento Bechi, ts.

Pelagius notuit et cf.

227

1226, mayo, 25. Caaveiro.

Don Pedro Bermúdez de Andrade dona a Caaveiro diversas heredades.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 92v, col. 1-fol. 93, col. 1.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego domno Petro Veremudi de Andradi, ob remedium anime mee et parentum meorum, do et offero et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et vobis prior Martinus Roderici et omni conventui canonicorum eiusdem loci, de hereditatibus meis que habeo de abiorum et parentorum meorum sive de ganancia quomodo de comparatione; et sunt istas hereditates nominatas, scilicet, in terra Montis Nigri, inter ambas aquas, mea porcione integra de ecclesia de Sancta Eolalia de Burganes, et est de media de ipsa ecclesia una VIIª integra, et in ipsa villa de Burganes una servicialia bene populata; et alias meas hereditates quas habeo de comparatione in Gimaree et in Badone, que iacent sub aula eiusdem Sancte Eolalie de Burganes. Et in terra Bisaquis, in villa que vocitant Valle, omnia mea hereditate integra, et est una servicialia bene populata, et alia hereditate que vocitant Piqui, et sunt concurrencia ad aulam Sancti Martini de Porto. Omnes has hereditates ecclesiasticas et laycalias iam suprata-

xatas, tam de abiorum quomodo de ganancia et comparatione, do eas et concedo prefato monasterio et canonicorum eiusdem, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est per ubicumque eas potueritis invenire vel melius acquirere, tali conditio ut in quanto ipso predicto monasterio fuerit populato semper cotidie cantent una missa pro remedium anime mee et Dei fidelium, et ut dimittat mihi Deus omnibus peccatis meis quos im predicto monasterio feci et in omnibus aliis locis in quivus peccavi, ut habeant illas et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generatione quam de aliena, contra hunc meum factum et seriem testamenti temptaverit ad isrumpendum, quisquis fuerit qui talia comiserit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore in infernum sit condempnatus, et quantum inquietaveri<t> ad vocem monasterii in duplo restituat, et vocem regis C^{m} aureos persolvat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era milesima CCª LXª IIIIª, et quotum VIIIº kalendas iunii. In tempore regis Adefonsi. Principis Gallecie, Roderico Gomez. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Bernardus. In sede Minduniensis, episcopus Martinus.

Ego prenominatus dompnus Petrus Veremudi et omnis vox mea, in hanc cartam testamenti propriis manibus meis roboro et confirmo. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Priori de Petroso, Pelagius Barva, cf. Matheus Roderici, cf. Gundisalvus Roderici, cf. Rodericus Roderici, cf. Prior donno Martino et omnium canonicorum Sancti Iohannis, cf.

Iohannes qui notuit et cf.

228

1225, junio, 13.

Rodrigo Fernández, "dictus" Alfardo, y su hermano Bermudo dan a Caaveiro lo que le pertenece en la iglesia de Santa Baia de Burgás y en la aldea de Burgás.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 93, col. 1-fol. 93v, col. 1.

Inicium scripti fiat in nomine Christi. Unde ego Roderico Fernandi, dicto Alfardo, et omnibus vocibus nostris, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et offerimus omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Kalavario et vobis prior Martinus Roderici et tocius capituli eiusdem loci, omnia nostra hereditate ecclesiastica et laycalia quam habemus et habere debemus in villa nu<n>cupata Burganes, territorio Montis Nigri, inter ambas aquas, nostra porcione integra de ipsa ecclesia de Sancta Eolalia de

Burganes, et hereditate laycalia, et est nominata de media de villa de Burganes ad quarta integra. Damus itaque eam prefato monasterio et concedimus et testamentum facimus cum iuris et directuris eidem pertinentibus, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, ut ab hac die et deinceps habeatis et possideatis pacifice et quiete imperpetuum. Et nos recepimus de vobis et de prefato monasterio in roboratione CC^os V^e solidos.

Si quis igitur in futurum tam de nostra generatione quam de aliena, contra hunc factum nostrum et seriem testamenti quam libenti animo iussimus facere ad irrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore in infernum sit condempnatus, et quantum inquietaverit tantum duplet ad vocem monasterii, et vocem domini regis C aureos restituat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª LXª IIIª, et quotum idus iunii. Tempore domni Adefonsi regis. Principis Gallecie, Roderico Gomez. Compostellano archiepiscopo donno Bernardo. Episcopo Minduniensi domno Martino.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Pelagio Petri, connomento Tinea, miles, cf. Veremudo Iohannis, dicto Malaver, miles, cf. Petro Veremudi, vocitato Mariinao, miles, cf. Iohannes Petri, Sancti Pantaleonis archipresbiter, cf. Iohannes Pelagii, miles, cf. Luppus Diat, armiger, cf. Petrus Martini, armiger, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Nos iam supranominati Rodericus Fernandi et Veremudus Fernandi, vocitati Alfardos, et germanos et omnis vox nostra, in hunc seriem testamenti quod libenti animo iussimus facere propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Martinus qui notuit et cf.

229

1220, marzo, 25.

Lobo Suárez, "cognomento" Romeu, da a Caaveiro la quinta parte de una octava de la iglesia de Santa Baia de Burgás[64]

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 93v, col. 1-col. 2.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Lupus Suariz, cognomento Romeu, et omnis vox mea, ob remedium anime <mee> et parentum meorum, do et offero et testamen-

64 En A.H.N., Clero, carpeta 491, nº 13 hay una copia del siglo XIII de un documento en el que Lobo Suárez dona a Caaveiro los mismos lugares, pero con formulario distinto y fecha 1226, noviembre, 28.

tum facio omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Kalavario, in manu prioris Martinus Roderici et omni conventui eiusdem loci, de mea hereditate propria que habeo et habere debeo in terra de Monte Nigro, inter ambas aquas, in villa que vocitant Burganes mea porcione integra de ecclesia de Sancta Eolalia de Burganes, et est de VIIIª a quinta. Do itaque et concedo ad prefatum monasterium et canonicorum eiusdem ut habeant et possideant iure hereditario cum omnibus rebus suis et directuris eidem pertinentibus, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo surrexerit de pars mea aut de extranea, contra hunc meum seriem testamenti infringere temptaverit imprimis sit maledictus usque in septimam generacionem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et vocem domini regis Cm aureos pariat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti die VIIIº kalendas aprilis, sub era Mª CCª Lª VIIIª. In tempore regis Alfonsi. Principis Gallecie, Roderico Gomez. Compostellano archiepiscopo, Petrus Muniz. Minduniensis episcopus, Pelagius.

Ego prenominatus Lupus Suariz, cognomento Romeu, et omnis vox, in hunc seriem testamenti quod iussi facere, propriis manibus meis roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Luppus Furtunii, miles, cf. Petro Ovequiz, miles, cf. Iohannes Ovequiz, miles, cf. Donnus Ramirus, canonicus, cf. Petrus Moogo de Cazanes, cf. Martinus Muniiz, miles, et alii multi, cf.

Iohannes qui notuit et cf.

230

1231, septiembre, 9.

Doña Ermesenda Bermúdez da a Caaveiro la parte que le corresponde en la iglesia de Santa Baia de Burgás.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 94, col. 1-col. 2.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego domna Hermesenda Veremudi et omnis vox mea, ob remedium anime mee et parentorum meorum, do et offero omnipotenti Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et in manu prioris eiusdem Martinus Roderici et omni conventui canonicorum eidem, mea hereditate propria que habeo et habere debeo in terra Montis Niger, in loco predicto Burganes, que iacet inter ambas aquas. Do itaque et concedo

et testamentum facio prefato monasterio de omnem meam porcionem integram de ipsa ecclesia de Sancta Eolalia de Burganes, et est de medietate ipsius ecclesie, VII^{a}. Ita do et concedo ab integro cum omnibus directuris et pertinenciis suis, cum quantum ad prestitum hominis est, intus et foris, ut habeat predictum monasterium pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo de pars mea aut de extranea, contra hunc meum voluntarium testamentum infringere temptaverit, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum calumpniaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et vocem regis D solidos exolvat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta seriem testamenti V^{o} idus setembris, sub era M^{a} CC^{a} LX^{a} VIIII^{a}. Tempore regis domni Fernandi. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez. Compostellano archiepiscopo, domno Bernardo. Minduniense episcopo donno Martino.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Rodericus Froyle, dicto Pescado, miles, cf. Pelagius Petri, dicto Tinea, miles, cf. Martinus Muniiz de Lamas, miles, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Rodericus Muniiz, canonicus, cf. Iohannes Adam, canonicus, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Ego iam supranominata domna Hermesenda Veremudi in hunc seriem testamenti et omnis vox mea, manibus meis roboro et confirmo. *(Signum)*.

Et recipio in roboratione unum bovem obtimum de predicto monasterio.

Gundisalvus notuit et cf.

231

1234, julio, 10.

Martín Rodríguez, "dictus" Pescado, da a Caaveiro y a su prior don Maratín Rodríguez la heredad que tiene en Burgás, en Santa Baia de Burgás.

C. Madrid, A..H.N., Cód. 1439B, fol. 94, col 2-fol. 94 v., col. 1.

D Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 15, roto y muy deteriorado y con variantes en el formulario.

Sub Christi nomine. Ego Martinus Roderici, dicto Pescado, et omni voci mee, do et offero Deo et Sancto Iohanne de Calavario et vobis prior domno Martino Roderici in simul cum convento canonicorum eiusdem loci, omnia mea hereditate quam habeo et habere debeo in terra de Monte Nigro, in loca que vocitant Burganes, hereditate ecclesiastica et laycalia, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Et etiam do vobis ibi omnem heredita-

tem de germanas meas, scilicet de Hermesenda Roderici et de Loba Roderici, et de suprina mea Maiori Garsie, quod ego emi de illas pro quadraginta et VII solidis et medio. Do itaque eam vobis intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, ut ab hac die et deinceps de iuri meo sit abrasa et in iure monasterio predicto sit tradita atque confirmata, habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum tam de mea generacione quam de aliena contra hunc meum voluntarium et seriem testamenti a isrumpendum venerit, quisquis fuerit imprimis sit maledictus usque in septimam generacionem et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et voci domini regis C^m^ aureos pariat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti donationis sub era M^a^ CC^a^ LXX^a^ II^a^, et quotum VI° idus iulii. In tempore regis domno Fernando. Archiepiscopus Compostellanus, domno Bernardus. Principis Gallecie donno Roderico Gomez. Minduniensis episcopus, domno Martino.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Donnus Fernandus Garsie, miles, cf. Luppus Petri, miles, cf. Ovequo Petri, miles, cf. Duran Garsie, miles, cf. Martinus Diat, presbiter, cf. Rodericus Muniz, canonicus, cf. Donnus Parisius, canonicus, cf. Gundisalvus Petri, canonicus, cf. Pelagius Petri, canonicus, cf. *(Signum)*.

Ego prenominatus Martinus Roderici in hunc seriem testamenti manibus meis roboro et cf.

Laurentius Martini notuit et cf.

232

1187.

Pacto de familiaridad de Guntrodo González con el monasterio de Caaveiro por la que le da una heredad en Bermui con diversas condiciones y por dos cuarteiros de cebada y un paño valorado en tres sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 94v, col. 2-fol. 95, col. 1.

Notum est satis hac maxima veritate compertum, quod si quis sponsam Christi, videlicet, Sanctam Ecclesiam, de suis propriis rebus vel facultatibus honorare et adiuvare studet, in diem iudicii a Domino Ihesu Christo mercedem accipiet. Idcirco ego Guntrode Gundisalvi, indigna et culpabilis, ob honore omnipotentis Dei et omnium sanctorum et ob remissionem peccatorum meorum et parentibus meis, do et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et priori domno Petro Ramiriz et canonicis eiusdem monasterii que ibi militando

Deo serviunt, facio textum scripture firmitatis et seriem testamenti per manus magister meus Iohanne Monaco. Do et concedo de hereditate mea propria que habeo de abiorum et parentorum meorum, et est in Vermui pernominata, discurrente ad ecclesiam Sancti Iacobi de Vermui, et est determinata per casa de Petro Gateira usque ad carvalio de Lupo. Do et concedo mea porcione super tale accio ut me adiuvetis et bene faciatis et in me ad infirmitatem meam succurratis, et post obitum meum ad Sancto Iohanne sepulturam deferatis, et pro vestro precio que mihi datis, et est nominato duos quartarios de cibaria et uno panno in III solidis preciato, et de precium nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die et tempore de iuri meo sit abrasa et in vestro iure et dominio sit de Sancti Iohannis tradita atque confirmata evo perhenni et secula cuncta.

Si quis igitur in futurum, quod fieri non credo, aliquis \homo/ contra hoc factum meum venerit vel venero, imprimis sedeat maledictus usque in septimam generationem et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ad parte regis pariat C^m^ solidos, et ipsa hereditate ad monasterium duplata.

Facta cartula venditionis atque donationis sub era Mª CCª XXª Vª. In tempore rex Fernandus et comite Gomecius in Trastamar. Et prestamarios, Nuno Pelaiz et Roderico Gondisalvi. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Petrus Suariz. Archidiaconus, Petrus Vela. In decensale, abbas Pelagius.

Ego Guntrode Gundisalvi in hanc cartulam manus meas roboravi et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Monacho, cf. Froyla Romaiz, cf. Iohannes Romaiz, cf. Froyla Monteiro, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Martino, ts. Guterre, ts.

Et alii plures qui viderunt et audierunt.

Pelagius qui notuit et cf.

233

1163, noviembre, 1.

Ero y Guntrodo Peláez dan a Caaveiro cuanto les corresponde en la iglesia de Ribadeume y en otras partes.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 95, col. 1-fol. 95v, col. 1.

In Dei nomine. Ego Ero Pelaiz una pariter cum germana mea Guntrode Pelagii, damus

hereditates nostras ad monasterium Sancti Iohannis de Calaveiro, pro remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, videlicet, ipsa ecclesia de Riba de Eume, nostra porcione integra, id est, VIª parte; et de Aspai medium et de Villa medium, et nostra porcione integra[65] de nostra hereditate de Riba de Eume, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, usque ad granum sinapis. Do et concedo istas hereditates ad predictum monasterium Sancti Iohannis et ad fratres qui ibi vita sancta perseveraverint, per suos terminos et locis antiquis, ut habeant et possideant evo perhenni et secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo surrexerit tam de nostra parte quam de aliena qui hoc factum nostrum irrumpere voluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore Domini in inferno dampnatus, et ad parte regis C^{m} morabitinos pariat, et ad monasterium ipsas hereditates in duplo reddat.

Facta carta testamenti sub era M CC Iª, et quotum kalendas novembrium. In tempore Fernandus rex. Comite Gomez in Trastamar. In Tras<an>quos, prestameiro Nuno Pelagii. In sede Sancti Iacobi, archiepiscopus Petro Suerii.

Ego Ero Pelagii et Gontrodo Pelagii, pro nos et pro generatione nostra, in hanc cartam manus nostras roboramus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Suarius Coyra, canonicus, cf. Petrus Muniiz, miles, cf. Iohannes Moogo, cf.

Iohannes, ts. Pelagius, ts. Martinus, ts.

Petrus qui notuit et cf.

234

1238, febrero, 18.

Rodrigo Rodríguez, "miles" de Sillobre da a Caaveiro sus heredades en Ribadeume.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 95v, col. 1-col. 2.

Sub Christi nomine. Ego Rodericus Roderici, miles de Sillovre, do et offero Deo et Sancti Iohannis de Calavario meas hereditates im presencia prior Martinus Roderici et conventui eiusdem loci, pro remedium anime mee et parentum meorum. Et has hereditates sunt nominatas, videlicet, mea porcione de Ribba de Eume, hereditate ecclesiastica et laycalia. Item do et concedo ad prefatum monasterium omnem meam directuram et hereditatem et

65 Repite "in".

totam meam vocem que est vel que iacet ex Pontes de Eume usque \ad/ montem de Fontem Ardium, cum quantum ad prestitum hominis est, intus et foris, per ubi eam melius potuerint de predicto monasterio invenire, ut ab hac die et deinceps de iuri meo sit abrasa et in iure predicti monasterii sit tradita atque confirmata, habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hunc meum voluntarium <factum> et seriem testamenti infringere temptaverit, sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condempnatus, et quantum inquietaverit ad vocem monasterii in duplum restituat, et ad vocem domini regis C^{m} aureos reddat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta kartula testamenti Xº IIº kalendas marcii, sub era Mª CCª LXXª VIª. In tempore regis domno Fernando. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez. Cospostellano archiepiscopo, domno Bernardo.

Ego prenominatus Rodericus Roderici de Sillovre in hunc seriem testamenti manibus meis roboro et confirmo. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Gundisalvus Roderici, frater eius, miles, cf. Petrus Roderici, miles, cf. Petro Fernandi, miles, cf. Rodericus Muniiz, canonicus, cf. Donnus Parisius, canonicus, cf. Petro Guterriz, canonicus, cf.

G. Petri, ts. Iohannes Froylaz, ts. Pelagio Petri, ts. Froyla Marino, ts.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Iohannes qui notuit et cf.

235

1063-1238.

Diversas donaciones a Caaveiro en Ribadeume, de las que se recogen los dispositivos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 96, col. 1-fol. 98, col. 2.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Unde ego donnus Froyla Atha<n>it et omni vox mea, do et offero omnipotenti Deo et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatione canonicorum eiusdem loci, omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo in Sancta Maria de Ripa Eume, tam ecclesiastica quam laycalia, videlicet, ecclesiastica est mea portione VIª integra. Totum do et con-

cedo et testamentum facio predicto monasterio et canonicorum eiusdem, cum omnibus directuris et pertinenciis suis eidem pertinentibus, intus et foris, per ubicumque illam melius potueritis invenire, cum quantum ad prestitum hominis est.

Item ego Ero Pelait, qui dicitur Peles, mando et do et concedo omnes meas hereditates quantas habeo et habere debeo, tam ecclesiasticas quam laycalias, ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatio canonicorum eiusdem loci; et sunt nominatas, de ipsa ecclesia de Ripa de Eume, VIª integra, cum omnibus pertinenciis suis, et alias hereditates laycalias, meo quinione de Aspai, et alias quantas habeo in ipsis terminis quomodo se departe<t> de Pontes de Eume et de Vermu.

Similiter ego Petrus Muniiz, cognomento Ispanicius, do et offero et concedo Deo et Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatio canonicorum eiusdem loci, omnes meas hereditates quantas habeo et habere debeo, tam ecclesiasticas quam laycalias, in Sancte Marie de Rippa de Eume, et est IIIIª de una VIª ecclesiastica, et laycalia meo quinione de Aspai, et alias quantas in ipsis terminis potueritis invenire, intus et foris.

Similiter ego Vela Pinoici do et offero et concedo Deo et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni conventui eiusdem loci, omnia mea hereditate ecclesiastica et laycalia quanta habeo et habere debeo in Sancta Maria de Riba de Eume, id est IIIIª de una VIª eidem ecclesiae, et porcione integra de Aspai, et alias quantas in ipsis terminis potueritis invenire.

Similiter ego Garcia Roderiquit do et concedo et testamentum facio Deo et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni conventui eiusdem loci omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo, tam ecclesiastica quam laycalia, in Sancte Marie de Riba de Eume, et est IIIIª de una VIª, et laycalias quantas in ipsis terminis potuerint invenire.

Item ego Didacus Men<en>di, canonicus, do et offero et concedo et testamentum facio omnipotenti Deo et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et tocius eiusdem capituli omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo in Sancte Marie de Riba de Eume, tam ecclesiastica quam laycalia, pro remedium anime mee.

Item ego Gundisalvus Menendi et omnis vox mea do et offero et concedo Deo et ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et universo conventui eiusdem loci omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo in Sancte Marie de Rippa de Eume, hereditate ecclesiastica et laycalia, per ubicumque illam potueritis invenire.

Item ego Petrus Gundisalvi, cognomento Pego, et omnis vox mea do et offero et concedo Deo et Santo Iohanne de Calavario et omni conventui canonicorum eiusdem omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo, tam ecclesiastica quam laycalia, in Sancta Maria de Ripa de Eume, per ubicumque melius eam potueritis acquirere, per suis locis et terminis antiquis.

Item ego Garcia Gundisalvi et omnis vox mea do et concedo Deo et Sancto Iohanne de Calavario et ad omni congregatio canonicorum eiusdem omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo in Sancte Marie de Ribba de Eume, ecclesiastica atque laycalia, per ubicum-

que illam veneritis.

Item \ego/ Maria Gundisalvi et omnis vox mea do et offero et concedo Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni conventui canonicorum eiusdem omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo in Sancte Marie de Ribba de Eume, tam ecclesiastica quam laycalia, per ubicumque illam melius acquirere potuerint.

Item ego Eldara Gundisalvi una cum sorori mee Guntrodi Gundisalvi et omnibus vocibus nostris damus atque offerimus et concedimus Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et tocius capituli canonicorum eiusdem omnia nostra hereditate ecclesiastica atque laycalia quanta habemus et habere debemus in Sancte Marie de Ribba de Eume, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est.

Item ego Veremudus Men<en>diz de Mandiani et om<n>is vox mea do et offero et concedo Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario \et/ omni congregatio eiusdem canonicorum omnes meas hereditates quantas habeo et habere debeo, tam ecclesiasticas quam laycalias, in Sancte Marie de Ribba de Eume per ubicumque illas acquirere melius potueritis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, pacifice et quiete.

Item ego domna Elvira Ferveet et omnis vox mea do et offero et concedo Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et vocem capituli eiusdem loci omnes meas hereditates quantas habeo et habere debeo, tam ecclesiasticas quam laycalias, in Sancte Marie de Ribba de Eume et mea porcione de Aspay, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est.

Item ego domno Petro Veremudi de Andrade do et concedo et offero Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et omni conventui eiusdem loci omnes meas hereditates ecclesiasticas et laycalias, videlicet, de Sandi et de Sancta Maria de Ribba de Eume, et cum vocem hominibus meis ibi commorantibus, intus et foris, et quantum ad prestitum hominis est, habeat predicti monasterii.

Item ego Veremudus Froyle una cum sororibus meis, scilicet, Urrace Froyle, Marie Froyle, insimul damus atque concedimus et offerimus ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatio canonicorum omnes nostras <hereditates> proprias quas habemus et habere debemus, tam ecclesiasticas quam laycalias, in Sancte Marie de Rippa de Eume, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, usque ad granum sinapis.

Item ego Iohannes Gimaraz, presbiter, et omni voci mee do et offero et concedo Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni conventui eiusdem loci quantas hereditates habeo vel habere debeo, tam eccl<es>iasticas quem laycalias, in Sancta Marie de Rippa de Eume, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est.

Item ego Petrus Pelait, canonicus, cognomento Eugenia[67], et voci mee mando et do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et omni eiusdem conventui omnes meas hereditates quantas habere debeo, tam ecclesiasticas quam laycalias, in Sancte

66 Los dispositivos señalados con esta nota se encuentran, con distinto formulario, en el pergamino nº 3 de la carpeta 491, del A.H.N., Clero.

67 Cfr. la anterior.

Marie de Ripa de Eume, cum quantum ad prestitum hominis est.

Item ego Veremudus Froyla de Sanci[68] et omnis vox mea do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et universo eiusdem conventui omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo, tam ecclesiastica quam laycalia, in Sancte Marie de Rippa de Eume cum quantum ad prestitum hominis est, intus vel foris.

Item ego Froyla Pelait de Anovre[69] et voci mee do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatio canonicorum eiusdem loci omnia mea hereditate, tam ecclesiastica quam laycalia, quanta habeo et habere debeo in Sancta Maria de Rippa de Eume, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est.

Item ego Froyla Romanit[70], canonicus, et omnis vox mea do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni eiusdem capituli omnem hereditatem meam ecclesiasticam atque laycaliam quanta habeo et habere debeo in Sancta Maria de Rippa de Eume, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, et meo sesego de plantato que ibi feci.

Item ego Iohanne<s> Pelait, qui dicitur Dente[71], et omnis vox mea do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatio canonicorum eiusdem omni hereditate mea quanta habeo et habere debeo ecclesiastica atque laycalia in Sancte Marie de Rippa de Heume, cum quantum ad prestitum hominis est, intus vel foris.

Item ego Iohannes Roderici[72], filio de Roderici Veremudi, et omni voci mee do et offero, concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et tocius eiusdem capituli quanta hereditate habeo et habere debeo, ecclesiastica et laycalia, in Sancte Marie de Rippa de Eume, cum omnibus suis pertinenciis.

Item ego Iohanne<s> Romanit et omnis vox mea do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et eiusdem conventui omnia hereditate mea quanta habeo et habere debeo, ecclesiastica sive laycalia, in Sancte Marie de Rippa de Eume, intus et foris, cum omnibus pertinenciis suis.

Item ego Rodericus Gundisalvi, cognomento Zoi[73], do et concedo et offero ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad canonicorum eidem omnia mea hereditate quanta habeo et habere debeo, ecclesiastica atque laycalia, in Sancte Marie de Rippa de Heume, cum omnibus pertinenciis suis.

Item ego Elvira Pelait[74], filia Pelagius Veremudit, do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et tocius eiusdem conventui omnia mea hereditate[75] quan-

68 Cfr. la anterior.

69 Cfr. la anterior.

70 Cfr. la anterior.

71 Cfr. la anterior.

72 Cfr. la anterior.

73 Cfr. la anterior.

74 Cfr. nota anterior.

75 Borrado por expuntuación "mea".

ta habeo et habere debeo, tam ecclesiastica quam laycalia, in Sancte Marie de Rippa de Eume, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est.

Item ego Urraca Pelagii de Anovre et omni voci mee do et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicorum eiusdem omnia mea hereditate[76] quanta habeo et habere debeo, tam ecclesiastica quam laycalia, in Sancte Marie de Rippa de Eume, pro remedium anime mee et parentum meorum, cum quantum ad prestitum hominis est.

Nos igitur iam supranominati, tam nobiles quam innobiles, hunc seriem testamenti et cartam donationis quam libenti animo iussimus facere, concedimus omnipotenti Deo et prefatum monasterium Sancti Iohannis de Calavario et ad omni congregatione canonicorum eiusdem, ut habeant iamdicta<m> hereditatem de Rippa de Eume, tam ecclesiastica quam laycalia, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hanc cartam donationis et seriem testamenti ad isrumpendum ven<er>it, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron in infernum descendat, et pariat predictam hereditatem duplatam vel triplatam ad vocem monasterii et insuper mille aureos. Et semper factum nostrum permaneat ratum.

Facta carta et seriem testamenti, donationis et concessionis et confirmationis, discurrente era Mª Cª Iª, era Mª Cª XXXª Vª, era Mª Cª Lª IIª, era Mª Cª LXXª, era Mª Cª LXXXª VIª, era Mª CCª Iª, era Mª CCª XXXª IIª, era Mª CCª Lª IIIª, era Mª CCª LXIIIIª, era MCCLXXVIª. In tempore regine Urrace et comitis Reimundi. In tempore Adefonsus imperatoris et comite donnus Fernandus. In tempore regis Fernandi et comes Gomet. In sede Sancti Iacobi, episcopus Didacus, archiepiscopus Didacus. In sede Minduniensis episcopus Gundisalvus, episcopus Rabinatus, episcopus donnus Iohannes, episcopus donnus Pelagius.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Gistrario Roderici, cf. Furtunius Veremudi, cf. Auro Menendiz, cf. Pelagio Ovequiz, cf. Froyla Roderici, cf. Veremudus Roderici, cf. Martinus Semoedo, cf. Veremudus Didaci, cf. Iohannes Roderici, cf. Rodericus Gundisalvi, cf. Petrus, presbiter, cf. Rodericus Froyle, cf. Garsiam Petri, cf. Martinus Roderici, cf. Godesteus Pelagii, cf. Ramirus, presbiter, cf. Munius, presbiter, cf. Munius, presbiter, cf. Petrus, presbiter, cf. Pelagius, presbiter, cf. Nunus, presbiter, cf.

Nos iam supranominati, tam nobiles quam ignobiles, in hunc seriem testamenti et cartam donationis et concessionis et confirmationis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboravimus et confirmamus et hoc signum facere iussi<mus>. *(Signa)*.

Petrus notuit. Iohannes notuit. Veremudus notuit. Godesteus notuit. Munius notuit. Martinus notuit. Gundisalvus notuit. Adefonsus notuit. Laurentius notuit et cf.

76 Repetido "mea".

236

1244, noviembre, 5.

Elvira y Toda Rodríguez donan a Caaveiro cuanta heredad tienen entre Fornelos y Pontedeume[77].

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 98, col. 2-fol. 98v., col. 1.

In Dei nomine. Ego Elvira Roderici una cum germana mea Tuda Roderici, filias Matheus Roderici de Sillovre, vobis domno Martino Roderici, priori Sancti Iohannis de Calavario, et tocius capituli eiusdem loci, damus vobis et prefatum monasterium et testamentum facimus de omni nostra hereditate quanta habemus et habere debemus et omni voce nostra quanta habemus ex ser\r/a de super Fornelos usque ad Pontes de Heume, ut per eam remedium habeamus ex nostris peccatis. Ita ut de hodie die et tempore de iuri nostro sit abrasa et in iure ipsius monasterii sit tradita atque confirmata imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo de nostra parte vel de extranea contra hoc factum nostrum et cartulam testamenti ad irrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaberit ad vocem predicti monasterii in suplum restituat, et insuper D solidos.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª LXXXª IIª, et quotum nonas novembris.

Nos iam supranominati sororibus Elvira Roderici et Toda Roderici et omnibus vocibus nostris, in hunc seriem testamenti propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum)*.

In tempore regis donno Fernando. Principis Gallecie, donno Roderico Gomez. Compostellano archiepiscopo Iohanne Arie.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Prior donnus Martinus Roderici, <cf.>. Iohannes Fernandi, canonicus, <cf.>. Iohannes Roderici, canonicus, <cf.>. Petrus Roderici, miles, <cf.>. Ovecus Roderici, armiger[78], <cf.>. Iohannes Muniiz, <cf.>. Gundisalvus Muniz, <cf.>.

Iohannes qui notuit et cf.

77 Sustancialmente es el mismo documento que el nº 36, aunque con un mes de diferencia en la data.

78 Cancelado "miles".

237

1154, junio, 25.

Guimara Menéndez y su tía Adosinda Gimaraz donan a Caaveiro la heredad de "Villa Furada".

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 98v, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Gimara Menendiz una cum tia mea Adosinda Gimaraz et filiis nostris vel voci nostre, vobis prior domnus Petrus et omnis congregatio ecclesie Sancti Iohannis de Calavario, ob remedium animarun nostrarum vel parentum nostrorum, facimus cartulam testamenti de hereditate nostra propria quam habemus et habere debemus de abiorum et parentorum nostrorum de villa que vocitant Villa Furada; damus de ipsa villa nostra porcione integra, quantum nobis competet inter nostros germanos vel heredes, per ubi eam potueitis invenire, intus et foris. Ita ut de hodie die et tempore de iuri nostro sit abrasa et in iuri vestro vel dominio sit tradita atque confirmata vel de ipsis qui post vos venerint et ibi vita sancta pulsaveri<n>t.

Facta cartula testamenti era Mª Cª LXLª IIª, et quotum VII kalendas iulias. Imperante Adefonsus imperator in Gallecia. Regente ecclesiam Sancti Iacobi, archiepiscopus Pelagius Camundus. In Lucense sedis, episcopus Iohannes. In Minduniensis, episcopus Pelagius.

Ego Gimara Menendit una cum tia mea Adosinda Gimaraz et filiis nostris in hac cartula testamenti manus nostras roboravimus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Gundisalvo Menendiz, cf. Vela Pinoyz, cf. Suario Ramiriz, cf. Abbas Suarius, cf. Suarius Monachus, ts. Archidiaconus domnus Gundisalvus, cf.

Munius qui notuit et cf.

238

1179, marzo, 29.

Guimara Pérez y su mujer Azenda Suárez dan a Caaveiro una heredad en "Villa Furada".

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 98v, col. 2-fol. 99, col. 2.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Gimara Petrit una cum uxor mea Azenda Suariz, damus et offerimus et concedimus ad monasterium <Sancti> Iohannis de

Calavario et vobis domno Veremudo Diat, priori eiusdem loci, et tocius capituli vestri, et testamentum facimus, pro remedium animarum nostrarum et parentum, de omni hereditate propria quam habemus et habere debemus de abiorum et parentorum nostrorum; et est ipsa hereditate nominata Villa Furada, hereditate ecclesiastica et laycalia, quantum nos ibi habemus et habere debemus, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Ita ut de hodie \die/ vel tempore de iuri meo sit abrasa et in iure monasterii sit tradita atque confirmata imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo de nostra parte vel de extranea contra hoc factum nostrum infringere temptaverit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit tantum ad vocem predicti monasterii duplet, et insuper D solidos.

Facta carta testamenti sub era Mª CCª Xª VIIª, et quotum IIIIº kalendas aprilis. In tempore Fernandus rex et comite Gomet. In sede Minduniensis, episcopus Rabinatus.

Ego prenominatus Gimara Petriz una cum uxore mea Azenda Suariz et omnis vox nostra, in hanc cartulam testamenti, donationis et confirmationis, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus Ramiriz, cf. Pelagio Bauzoa, cf. Suarius Petri, cf. Suerius Monacus, cf. Petrus Petri, cf. Iohannes Monacus, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Martinus qui notuit et cf.

239

s.d.

Testamento de Rodrigo Feira, "cognomento" Alfeyram.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 99, col. 2-fol. 99v, col. 1.

Unusquisque enim finem suum ignorat et omnis etas evenire sibi occasum formidat. Et ideo ego Rodericus Fernandi, cognomento Alfeyram, ad obitum meum mando corpus meum ad sepelliendum in Sancti Iohannis de Calavario, et mando ibi mecum et do et offero et concedo ibi mecum omnes meas hereditates quantas habeo et habere debeo de abiorum et parentorum meorum in totam terram de Urtigaria, videlicet, mea porcione de Sancta Maria de Petra, tam ecclesiastica quam laycalia, et mea porcione integra de Sancto Adriano, et mea porcione integra de monasterio de Mera de Sursum, et mea porcione integra de Sancto Claud<i>o, et mea porcione integra de Miudelos, et mea portione integra de Sancto Iuliano de Senra, et mea porcione integra de Sancto Iohanne de Monasterio, et mea portione integra de Quozadoyro, et mea porcione integra de Celtigus, et mea porcione integra de Luama et de Quintana et de

Loya. Omnes istas hereditates ecclesiasticas et laycalias mando et offero et concedo ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario, et omnes alias meas hereditates per ubicumque illas de predicto monasterio potuerint invenire cum istas iamdictas, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, ut ab hac die et deinceps iure hereditario possideant de predicto monasterio et canonicorum eiusdem pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de mea generatione quam de aliena, contra hanc meam cartam et seriem testamenti donationis quam libenti animo iussi facere, propriis manibus meis roboro et confirmo et hoc signum facere iussi.

Facta carta donationis et concessionis et confirmationis[79].

240

1250, mayo, 31.

María Pérez, "dicta" Banecha, da a Caaveiro una heredad en Ribadeume.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 99v, col. 1-fol. 100, col. 1.

In Dei nomine[80]. Ego Maria Petri. dicta Banecha, filia Marina Froyle, neta Froyle Fernandi, pariter cum filiis et filiabus meis, facio paginam donationis Deo et monasterio Sancti Iohannis de Calavario et omnibus canonicis qui ibi in obsequio Domini permanserint, de hereditate mea propria quam habeo et <h>abere debeo de avibus et parentibus meis in villa nuncupata[81] Ripa d-Eume, do et concedo eam de ceteris monasterio supradicto in remisione anime mee et parentum meorum, tam ecclesiasticam quam laicam. Do et concedo terras, fontes, montes, petras, casales, intus et foris, et gresus *(sic)* et regresus, cum quantum a<d> prestitum hominis <est>, per ubi melior eam cum iustitia potueritis invenire, ut omnes religiosi habitantes monasterio supradicto habeant et possideant eam evo per<e>gni in secula.

Tamen si quis contra istud factum ex parte mea vel de extranea venerit violatu, sit maledictus usque in ad se<p>timam generationem, et voci regis D solidos persolvat et de amdem *(sic)* hereditatem monasterio duplatam vel triplatam redat. Et hoc scriptum semper sit firmiter constitutum.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXX VIIIª, et quod *(sic)* II kalendas iunii.

Et ego Maria Petri, una cum filiis et filiabus meis, in ista carta manus nostras roboramus. *(Signum)*.

---

79 Aquí se termina el documento.

80 Repetido "nomine".

81 Repetido "noncupata".

Ita ut <de> hodie <die et> tempore ad iure nostro rasa sit et ipsorum predictorum tradicta *(sic)* et confirmata.

Regnante donno Fernandus Legione et Castella. Archiepiscopo Iacobitanus, Iohannes Arie. Ricus Homo, Rodericus Gomecii. Archidiaconus de Nendis, Gomez Roderici.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martinus, priori Calavari<i>, ts. Iohannes Roderici, canonicus, ts. Iohannes Fernandi, canonicus, ts. Iohannes Petri, canonicus, ts. Petrus Fustis, miles, ts. Iohannes Roderici, miles, ts. Iohannes Petri, miles, ts. Froila Petri, canonicus, ts.

Et plures quod audierunt.

Martinus qui notuit et cf.

241

1252, diciembre, 10.

Pedro y Juan Suárez renuncian a una heredad en Cabana, en San Xurxo de Queixeiro, en favor de Caaveiro.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 100, col. 1-col. 2.

Inicium scripti fiat in nomine Christi. Unde ego Petrus Suerii et Iohannes Suerii, germanos de Villa Bona, vobis prior domno Martino Roderici et omni conventu de Sancto Iohanne de Calavario et ad ipsum monasterium, facimus cartam de quitationis et de annuntiationis de illa hereditate de Cabana que iacet inter Prada et Biti, in terra Prucii, hereditate quam vobis demandavimus si erat nostra vel vestra. Hodie quitamus et annunciamus illam vobis predictus prior et conventus et monasterio Sancti Iohannis de Calavario pro nobis et pro omnibus vocibus nostris imperpetuum.

Et si forte aliquis homo de pars nostra vel de extranea contra hunc factum nostrum temptare voluerit, sit maledictus, et quantum inquietaverit ad prefatum monasterium in quadruplum restituat, et voci regi solidos D persolvat. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Facta carta quitationis et annuntiationis IIIIº idus decembris, discurrente era Mª CCª nonagesima.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Ordonii, presbiter, ts. et cf. Iohannes Doronia, canonicus, ts. et cf. Martinus Codesso, miles, ts. et cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Facta carta in tempore regis Alfonsi. Compostellano archiepiscopo, Iohannes Arie. Tenente comitatu, Roderico Gomez. Archidiacono, Gundisalvo Roderici.

Laurentius Martini notuit. *(Signum)*.

242

[1252-1253][82].

María Pérez, "dicta" Rabalda, dona a Caaveiro la séptima parte del casal de "Gatyras", en San Pedro de Nogueirosa.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 100, col. 2-fol- 100v, col. 1.

In nomine Domini. Ego Maria Petri, dicta Rabalda, facio cartam donationis ipsi monasterio Sancti Iohannis de Kalavario de mea hereditate propria quam habeo de avo meo et de patre meo Petro Petri, dicto Rabaldo, in villa que vocitant Cabria. Do et offero illam et carnem meam[83] predicto monasterio ob remedium anime mee et parentum meorum, quia non habeo quod portem ibi meorum. Et est ipsa hereditas pernominata una se<p>tima de una sesta do casal de Gatyras, et sua gemeidade per ubi vadit; do illam intus et foris per ubiqumque *(sic)* potuerint invenire, habeant et possideant illam in pace.

Si quis tamen tam ex parte mea quam de extranea factum meum ad disrumpendum venerit fiat ma<le>dictus usque in septimam maledictionem *(sic)* et cum Datam et Abiron quos terra vivos obsorbuit condamnatus, et quantum calumpniaverit ad vocem ipsius monasterii in duplo pariat, et ad vocem regis C^{m} aureos. Et factum meum se<m>per maneat in robore.

Facta carta donationis in tempore regis Adefonsus. Ricus homo in Galecie, Rodericus Gomez. Archiepiscopus in Compostelle, Iohannes Arie. Archidiaconus in Nendis, Gomez Roderici. Prestamarii in Pruzos Fernandus et Lupus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martinus Froat d-Arnoso, ts. Fernandus Petri d-Arnoso, ts. Petrus Martiniz, dictus Bove, <ts.>. Iohannes Petri, <ts.>. Marina Pequina, <ts.>. Maria Doce, <ts.>. Iohannes Petri d-Adega, <ts.>. Maria Iohannis, <ts.>.

Et alii qui viderunt et audierunt.

Iohannes qui scripsit.

82 Proponemos como fecha los años comunes al reinado de Alfonso X, al pontificado de don Juan Arias en Santiago y a la muerte de don Rodrigo Gómez en 1253.

83 "Et carnem meam" al margen.

243

1245, septiembre, 11.

Sancha y Guntrodo Iohannis, con sus maridos e hijos, venden a Caaveiro dos heredades por veinte sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 100v, col. 2-fol. 101, col. 1.

Rectum est scribi que no<n> opporteat oblivisci. Idcirco ego Sancia Iohannis, una cum viro meo Martinus Froyle et cum filiis et filiabus nostris et omnis vox nostra, et ego Guntrode Iohannis, una cum viro meo Petro Roderici, cognomento de Castro, cum filiis et filiabus nostris, facimus insimul cartam vendicionis et donationis et concessionis et confirmationis et annuntiationis de hereditatibus nostris quas habemus vel habere debemus in Paay et in vilar de Castinaria cum suis pertinenciis. Et sunt istas hereditates de \omnibus/ predictis villaribus, de una VIª, tercia pars integra[84]. Ita facimus ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicis ibi Deo servientibus pro precio hic nominato, videlicet, XX^{ti} solidis monete legionensis que nobis et vobis bene complacuit, et de precio apud vos nichil remansit in debitum sed completum est, habeatis et possideatis vestrum comodum usque in seculum.

Si quis tamen, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hoc factum nostrum venerit vel venerimus ad irrumpendum, quisquis fuerit qui talia comiserit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit tantum duplet ad vocem predicti monasterii, et insuper C^{m} aureos. Et semper hoc factum vendicionis permaneat firmum.

Facta carta testamenti, venditionis, donationis, concessionis et confirmationis et annuntiationis, IIIº idus setembris, discurrente era Mª CCª LXXXª IIIª. Regnante rege nostro domno Fernando. Principis Gallecie domno Roderico Gomez. Minduniensis episcopus, domno Martinus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Velat, iudex Urtigarie, miles, cf. Rodericus Fernandi, miles, cf. Laurentius Martini, scriptor, cf. Iohannes Petri, clericus Sancti Iacobi de Coyna, cf. Rodericus Velat, armiger, cf. Ovecus Fortunii, armiger, cf.

Ego prenominata Sancia Iohannis, una cum sorore mea Guntrode Iohannis, insimul cum viris et filiis et filiabus nostris, in hac carta quam fieri iussimus, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum)*.

Iohannes qui notuit et cf.

---

84 Desde "Et sunt" hasta "integra", escrito al margen.

244

1245, junio, 11.

María Peláez, "cognomento" Trahela, vende a Caaveiro diversas heredades por veinte sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 101, col. 1-fol. 101v, col. 1.

In Dei nomine. Ego Maria Pelagii, cognomento Trahela, una cum nepotes meos et nepotas, quia carui filios, ob remedium animarum nostrarum et parentum et pro munera que nobis largiti sunt, facimus cartam venditionis et donationis vobis priori domno Martino de Calavario et canonicis ibi Deo servientibus, de hereditatibus nostris que habemus et habere debemus in villar que vocitant Paay, et Castenaria et Pignario et Tuiviride et Sancte Eolalie et Fonte Frigida, cum omnibus pertinenciis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Damus eas hinc et deinceps ad predictum monasterium Sancti Iohannis de Calavario et canonicos ibi Deo servientibus. Et sunt ipsas hereditates IIIª de una VIª de omnibus ipsis villaribus. Damus et concedimus eas ob remedium animarum nostrarum et pro precio nominato XX^{ti} solidis, et nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die et tempore de iuri nostro sit abrasa et in iure predicti monasterii sit tradita atque confirmata imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credimus, ex parte nostra vel de extranea, contra hoc factum nostrum voluntarium irrumpere temptaverit, quisquis fuerit qui talia comiserit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper D solidos. Et hac pagina[85] semper permaneat firma.

Facta carta testamenti, venditionis et donationis et confirmationis, IIIº idus iunii, sub era Mª CCª LXª XXª IIIª. Regnante rege nostro domno Fernandus. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez. Episcopus Minduniensis, domno Martino.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martinus Pelagii, cognomento Tinea, cf. Fernandus Martini, cf. Iohannes Martini, cf. Fernandus Martini de Ortoo, cf. Pelagius Aspariz, cf. Martinus Dominici, cf. Rodericus Muniiz, canonicus, cf. Maria Pelagii, cf. Guntrode Pelagii, cf.

Ego iam supranominata Maria Pelagii, cognomento Trahela, una cum nepotes meos et nepotas, in hanc cartam venditionis et donationis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum)*.

Laurentius Martiniz notuit et cf.

85 Agujero de 5 milímetros entre la "n" y la "a".

245

1247, marzo, 25.

Elvira Iohannis vende a Caaveiro diversas heredades por veinte sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 101v, col. 1-fol. 102, col. 1.

In nomine sancte et individue Trinitatis, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Elvira Iohannis, filia de Maria Maura, una cum filiis et filiabus meis, ob remedium anime mee parentumque meorum et pro munera mihi largita, vendo et dono atque concedo vobis domno Martino, priori Sancti Iohannis de Calavario, et omnibus canonicis ibi Deo servientibus et ad ipsum sanctum locum, omnia mea hereditate que habeo et habere debeo de avulorum et parentorum in villa que vocitant Spinarido, et in vilar de Fonte Frigida, et Bidueda, et Igosa, et Hyrmigundi, et Carval de Infante, quantum habeo et habere debeo; et in Vilar de Paradiso, et im Pozomay. Et in omnibus locis istis, tam ecclesiasticis quam laycalis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, cum omnibus pertinenciis suis, vendo et dono atque offero ad ipsum sanctum locum predictum et ad canonicos que ibi vita sancta perseveraverint, pro precio nominato XX^{ti} solidis, que mihi et ipsis bene complacuit, habeant et possideant hinc et deinceps in secula seculorum. Et ista prenominata hereditate est, de omnibus predictis villaribus VI^{a} de una VI^{a}.

Si quis tamen, quod absit non credo, aliquis homo de pars mea vel de extranea, contra hoc factum meum ad irrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper C^{m} morabitinos[86] exolvat. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Facta carta testamenti, venditionis et donationis, VIII° kalendas aprilis, sub era M^{a} CC^{a} LXXX^{a} V^{a}. Regnante rege Fernando. Episcopus Minduniensis, Martinus. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Rodericus Petri, presbiter, dicto Farelo, cf. Petrus Suariz, presbiter, cf. Petrus Iohannis, cf. Iohannes Gordo, cf. Iohannes Farelo, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Ego iam prenominata Elvira Iohannis, filia de Maria Moura, cum filiis et filiabus meis, in hoc seriem testamenti et cartam venditionis et donationis quam libenti animo iussi facere, propriis manibus roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Laurentius qui notuit et cf.

---

86 Escrito "morabotinos"

246

1244, diciembre, 27.

Marina Pérez con sus hermanos dan a Caaveiro lo que tienen en Pa y Castiñeira, En Santa María de Espiñaredo.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 102, col. 1-col. 2.

Tam presentibus quam futuris sit notum ac manifestum quod ego Marina Petri, una cum sorore mea Maria Petri et Salvatoris Petri et Martinus Petri, germanos[87], insimul cum viris et filiis et filiabus nostris et omnis vox nostra, vobis domno Martino, priori Sancti Iohannis de Calavario, et tocius conventui eiusdem et predicto monasterio, facimus cartam venditionis et donationis et concessionis et annuntiationis de hereditatibus nostris quas habemus et habere debemus im Paay et in Castinaria, cum omnibus pertinentiis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, et sunt de istis villaribus suprascriptis, VIIIª integra de una VIª[88] . Ita ut de hodie die et tempore de iuri nostro sit abrasa et vestro iure et predicto monasterio sit tradita atque confirmata imperpetuum.

Si quis tamen aliquis homo, tam de nostra generatione quam de aliena, vel nos contra hoc factum nostrum et cartam testamenti, donationis et venditionis ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in VIIam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper CCCC solidos. Et semper factum nostrum plenam habeat robore.

Facta seriem testamenti, donationis et venditionis, VIº kalendas ianuarii, sub era Mª CCª LXXXª IIª. Regnante donno Fernando. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez. Minduniensis episcopus, domnus Martinus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Velat, miles et iudex, cf. Rodericus Ferus, miles, cf. Laurentius Martini, scriptor, cf. Ovecus Furtunii, armiger, cf. Rodericus Velat, armiger, cf. Iohannes Alfardus, armiger, cf. Iohannes Petri, clericus de Sancti Iacobi de Coyna, cf.

Ego iam supranominata Marina Petri, una cum sorore mea Maria Petri, insimul cum viris et filiis et filiabus nostris, in hunc seriem testamenti et cartam donationis et venditionis et concessionis et annuntiationis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Iohannes qui notuit et cf.

---

87 Al margen: "et Salvatoris Petri et Martinus Petri, germanos".

88 Al margen: "et sunt istis villaribus suprascriptis, VIIIª integra de una VIª".

247

1247, julio, 18.

María y Guntrodo Peláez, con los hijos de su hermana Marina Pelaez, "cognomento" Trahelas, venden a Caaveiro diversas heredades por quince sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 102v, col. 1-col. 2.

Sub Christi nomine. Ego Maria Pelagii et Gontrode Pelagii, sororibus, una cum filiis sororis nostre Marina Pelagii, cognomento Trahelas, videlicet Martinus Veremudi et Iohannes Veremudi et Sancia Veremudi, vendimus atque donamus ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum et pro munera nobis data, videlicet XV solidis legionensis monete, vobis domno Martino, priori de Sancto Iohanne de Calavario, et tocius capituli eiusdem loci, omnia nostra hereditate quanta habemus et habere debemus de abiorum et parentorum nostrorum[89] sive de ganancia quomodo de comparatione, in locis nominatis, videlicet Spinarido, et Fonte Frigida, Ygoso, Bidueda, Hermegunde, Carval da Infante, im Pozomae, in Vilar de Paradiso. Quantum nobis convenit inter nostros heredes in omnibus locis istis predictis cum omnibus suis pertinenciis, tam ecclesiasticis quam laycalis, vendimus, damus et concedimus et testamentum facimus canonicis et monasterio prenominato, ut habeant et possideant hinc et deinceps pacifice et quiete imperpetuum. Et est porcio nostra de predictis locis una nona integra.

Si quis tamen, ex parte nostra vel de extranea, hoc factum nostrum ad irrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper C^{m} aureos. Et hec pagina semper permaneat firma.

Facta carta venditionis et donationis et concessionis et confirmationis, X^{o} V^{o} kalendas agusti, discurrente era M^{a} CC^{a} LXXX^{a} V^{a}. Regnante rege nostro domno Fernando in Legione et in Castella. Episcopus Minduniensis, domno Martino. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez.

Nos iam supranominatos Marina Pelagii et Guntrode Pelagii, una cum filiis germane nostre Marina Pelagii, videlicet Martinus Veremudi et Iohannes Veremudi et Sancia Veremudi, filias et nepotibus de Pelagii Trahela, in hanc cartam venditionis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus nostris roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martinus Pelagii, presbiter, cf. Pelagio Amico, cf. Fernandus Martini, cf. Petrus Aspariz, cf. Iohannes Sebastiani, cf. Marina Roderici, cf. Dominica Muniiz, cf.

89 Escrito "nostrarum".

Laurentius Martini, in cuius manus fuit roboratum, qui notuit et confirmat.

248

1248, abril, 27.

Pelayo Pérez, "cognomento" Cidiz, y su hermana Ermesenda venden a Caaveiro diversas heredades por cincuenta y dos sueldos y una vaca valorada en otros cincuenta.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 103, col. 1-fol. 103v, col. 1.

Cum aliquis recte venditur vel emitur nec posteritati in dubium veniat idoneis testibus et presenti scriptura debet presignari. Quapropter ego Pelagius Petri, cognomento Cidit, una cum germana mea Hermesenda Petri et omnibus vocibus nostris, vobis, prior donno Martino de Calavario, et tocius capituli eiusdem loci et omni voci vestre, facimus vobis cartam venditionis firmissimam imperpetuum valituram de omni nostra hereditate quanta habemus et habere debemus in locis nominatis, scilicet, im Paay, et in Castinaria, et in Spinarido, et est de omnibus supradictis villaribus VIª integra[90], discurrente ad aulam Sancte Marie de Spinarido, et quantum habemus et habere debemus in omnibus locis ex Pontes de Eume usque ad monasterium Sancti Iohannis et ex ipso monasterio usque ad Ricimel et usque ad Narayo. Totum vobis vendimus et concedimus de montes ad fontes, cum quantum ad prestitum hominis est, intus vel foris, damus vobis[91] prenominatus prior et conventus de Calavario pro precio nominato, scilicet pro Lª IIos solidis legionensis monete, et pro una vacca preciata de alios Lª solidis, pro precium et roboratione, de quo satis sumus bene paccati, et nichil remansit in debitum sed completum est, ut ab hac die et deinceps iure hereditario possideatis, vendatis, donetis, commutetis et omne velle vestrum ex ea faciatis.

Si quis igitur in futurum,tam de nostro genere quam de alieno, contra hanc cartam vendicionis irrumpere temptaverit, iram Dei omnipotentis cum regia indignatione incurrat et fiat maledictus usque in septimam generationem et cum Dathan et Abiron et cum Iuda traditore in infernum descendat, et ad vocem monasterii predicta hereditate in duplo restituat, et vocem domini regis Cm aureos reddat. Et semper factum nostrum et cartulam venditionis semper permaneat firmum.

Facta carta venditionis, Vº kalendas maii, sub era Mª CCª LXXXª VIª. In tempore Fernandus rex. Principis Gallecie, Rodericus Gomez. Compostellane archiepiscopo, Iohannes Arie.

90 Al margen desde "et est" hasta "integra".

91 Repetido y cancelado "vobis".

Nos iam supranominatis Pelagius Petri et iermana mea Hermesenda Petri et omnibus vocibus nostris, in hanc cartam venditionis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere. *(Signum, et in signo* SANTO ARCHIEPISCOPO TENET OPERA*)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Iohannes Roderici, canonicus, cf. Petrus Amicus, canonicus, cf. Domnus Helias, canonicus, cf. Iohannes Petri, canonicus, cf.[92].

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Laurentius Martini notuit et cf.

249

1248, mayo, 13.

Marina y Rodrigo Pérez y sus sobrinos Domingo y Martín Pelaez venden a Caaveiro diversas heredades por quince sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 103v, col. 2-fol. 104, col. 1.

Rectum est scribi que[93] non opporteat oblivisci. Idcirco ego Marina Petri, una cum germano Roderico Petri, et Dominicus Pelait et Martinus Pelait, suprinis nostris[94], et filiis et filiabus nostris, filii quod fuimus de Elvira Pelaiz de Recimel, vobis prior domno Martino Roderici de Sancto Iohanne de Calavario et omni congregatio canonicorum eiusdem, facimus vobis cartam testamenti et donationis de omni hereditate nostra quanta habemus et habere debemus in locis nominatis, scilicet, in Paay et in Spinarido et in Castenaria, discurrente ad aulam Sancte Marie de Spinarido, et est VIª integra[95] <de> quanta hereditate et omnia nostra voce et directura habemus et habere debemus ex Pontes de Eume et ex Recimel et ex Nario usque ad monasterium Sancti Iohannis. Totum damus et concedimus vobis et testamentum facimus pro animarum nostrarum et parentum nostrorum et pro XVim solidis legionensis monete quos de vobis recepimus, de quo satis sumus bene paccati. Ita ut de hodie die de iuri nostro sit abrasa et in iure predicti monasterii sit tradita atque confirmata, habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena quam nos. contra

92 Aparece un espacio en blanco, cancelado, para los testigos, y tres veces "ts.".

93 Repetido "que".

94 Al margen desde "et Dominicus" hasta "suprinis".

95 Al margen "et est VIª integra".

hunc seriem testamenti, donationis et venditionis irrumpere temptaverit, quisquis fuerit, imprimis sedeat maledictus usque in VII^am generationem et cum Datan et Abiron et cum Iuda traditore in infernum luat penas, et quantum inquietaverit predicti monasterii in duplo restituat, et vocem domini regis D solidos exsolvat. Et semper factum nostrum sit ratum.

Facta series testamenti, III° idus maii, sub era MCCLXXXVI^a. In tempore regis Fernandi. Principis Gallecie, Rodericus Gomez. Compostellano archiepiscopo, Iohannes Arie.

Nos iam supranominati Marina Petri et Roderico Petrit filiis et filiabus nostris, in hanc cartam testamenti, donationis et venditionis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Prior domnus Martinus eiusdem monasterii, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Iohannes Roderici, canonicus, cf. Iohannes Leal, canonicus, cf. Martinus Suprino, presbiter, cf. Frater Martinus, commendatori Sancti Saturnini, cf. Iohannes Petri, presbiter, cf. Iohannes Michaeli, presbiter, cf. Gundisalvus Gundisalvi, presbiter, cf. Petrus Agougi, miles, cf. Rodericus Pelagii, miles, cf. Petro Capillo, cf. Petro Gundisalvi, cf. Iohannes Menendi, cf. Martinus Iohannis, canonicus, cf.

Laurentius Martini, in cuius manus fuit roboratum, cf. *(Signum, et in signo* Laurencius Martinus notuit*)*.

250

1237, diciembre, 28.

Martín Muñiz y otros dan a Caaveiro una heredad en Espiñaredo.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 104, col. 1-col. 2.

In Dei nomine. Ego Martinus Muniit, miles de Recimel, una cum filiis et filiabus et nepotibus meis, videlicet Maria Martini, cognomento Amica, et Munio Martini, et nepotibus Iohannes Petri et Martinus Petri et omnis vox nostra, ob remedium animarum et parentorum nostrorum, damus et offerimus et testamentum facimus in manu priori domno Martino et omni conventui canonicorum eiusdem, ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario de nostras hereditates proprias quas habemus et habere debemus de abiorum et parentum nostrorum; et ipsa hereditate est nominata Vilar de Spinaredo, VI^a integra[96], cum \omni/ voce et directura sua, discurrente ad aulam Sancte Marie de Spinarido, montes, fontes, rivos aquarum, terras cultas et incultas, exitus montium et regressus, intus et foris, cum quantum ad prestitum homi-

96 Al margen "VI^a integra".

nis est. Damus et concedimus et testamentum facimus prenominato monasterio Sancti Iohannis[97] et canonicorum eiusdem, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de nostra generacione quam de aliena, contra hunc seriem testamenti ad isrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in inferno sit condampnatus, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et partem regie C^m aureos tribuat. Et semper factum nostrum permaneat ratum.

Facta huius seriem testamenti V^o kalendas ianuarias, sub era M^a CC^a LXX^a V^a. Regnante domno Fernando rex. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez. Compostellano archiepiscopo, domno Bernardo.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Munio Roderici, miles, cf. Munio Martini, miles, cf. Iohannes Petri, miles, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Donnus Parisius, canonicus, cf. Dominicus Petri, canonicus, cf. Petrus Pelagii, cf.

Et alii plures videntes et audientes.

Ego prenominatus Martinus Muniiz, una cum filiis et filiabus meis atque nepotibus, in hunc seriem testamenti quod libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum iussimus facere. *(Signum).*

Iohannes qui notuit et cf.

251

1235, marzo, 28.

Pedro Rodríguez, "cognomento" Esvarado, y otros dan a Caaveiro numerosas heredades.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 104v, col. 1-fol. 105, col. 1.

Initium scripti fiat in nomine Christi. Unde nos germanos, videlicet Petrus Roderici, cognomento Esvarado, et Maria Roderici, et ego Petrus Fernandi et omnibus fratribus meis[98], et omnis vox nostra, ob remedium animabus nostrarum et parentum nostrorum, donamus atque concedimus et testamentum facimus Deo et monasterium Sancti Iohannis de Calavario et vobis prior domno Martino Roderici et tocius conventui eiusdem loci, de omnibus hereditatibus nostris quas habemus vel habere debemus in locis nominatis, scilicet, Spinarido, et in

97 Agujero de 9 milímetros que separa "Iohann-is".

98 Al margen desde "et ego" hasta "fratribus meis"

Paay, et in Fonte Frigida, et quantum habemus vel habere debemus in tota ipsa veyga, ex ubi intrat ipsa aqua que vocitant Mulia Rabo in alia aqua que vocitant Hermegunde, et inde infestum per ipsa aqua de Hermegunde quomodo vadit per ipsa ribeyra usque super Meyzoso, et sunt nominatos vilares et hereditates iamdictas Spinarido et Paay et Fonte Frigida et Pozomay, nostra portione de tota ipsa ribeyra de Hyrmigundi, nostra portione integra, et vilar de Paradiso, nostra portione integra, et vilar de Heygoso, et vilar de Bidueda, et Carval da Infante, et ex inde ex ubi intrat predicta aqua de Mulia Rabo in rivulo de Hermigundi quomodo vadit aqua infestum per ribeyra ad viam que venit de Vivario et Urtigaria, et inde quomodo vadit ipsam viam ad castello de Portello, et inde ad Scamelados ubi situm est cautum imperatoris; et est de omnibus istis villaribus una XII integra, et de alia XIIª, IIIª integra[99], nostra portione integra per ubi illam potueritis invenire, cum quantum ad prestitum hominis est, intus vel foris, damus atque concedimus evo perhenni et secula cuncta ad prefatum monasterium Sancti Iohannis de Calavario.

Si quis igitur in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hunc factum nostrum et seriem testamenti quam libenti animo iussimus facere ad isrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generatiionem et cum Dathan et Abiron et cum Iuda traditore in infernum descendat, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum reddat, et vocem domini regis Cᵐ aureos in pena restituat. Et semper factum nostrum permaneat firmum.

Factam seriem testamenti Vº kalendas aprilis, sub era Mª CCª LXXª IIIª. Regnante serenissimo rege nostro domno Fernando. Episcopo Minduniensis, domno Martino. Principis Gallecie, donno Roderico Gomez.

Nos iam supranominati Petrus Roderici, cognomento Esvarado, et Maria Roderici et omnis vox nostra, in hunc seriem testamenti quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petro Fernandi, miles, cf. Pelagio Corvo, cf. Martinus Moogo, presbiter[100], cf. Martinus Menendi, cf. Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Dominicus Petri, canonicus, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Iohannes Martini notuit et cf.

99 Al margen desde "et est" hasta "IIIª integra".

100 Agujero en el pergamino de 9 milímetros.

252

1246, abril, 9.

Gonzalo Rodríguez vende a Caaveiro dos heredades en Espinaredo y en Pa por diez sueldos y un sesteiro de pan en roboración.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 105, col. 1-col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 1491. Copia simple del siglo XIII, en el pergamino nº 16. Deteriorado. Es legible desde "intus et foris" hasta el final de la data.

Ea que venduntur vel que donantur per litteris assignantur ne im posterum oblivioni tradantur. Idcirco ego Gundisalvus Ruderici, miles de Pignarios, commoranti in Agra, filius Rodericus Munionis, et frater Martinus Munionis de Recimel, cum filiis et filiabus meis et omnis vox mea, vobis priori Martino Roderici Sancti Iohannis de Calavario et omni conventui eiusdem cenobii et ad reliquias quas ibi sunt recondite, vendo omnia mea hereditate que habeo et habere debeo in loco que vocitant Spinarido, et im Paay, cum omnibus adiunctionibus suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, pro precio nominato que mihi et vobis bene complacuit, et est solidis X^{m} et uno sesteiro de pane pro roboratione, et de precio nec de roboratione nichil remansit in debitum sed omnium de vobis recepi im pace, habeatis, possideatis pacifice et quiete hunc et deinceps usque in seculum.

Si quis tamen, quod absit non credo, contra istud factum meum ad isrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem monasterii in duplum reddat, et vocem domini regis C^{m} solidos exolvar. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta venditionis et confirmationis Vº idus aprilis, sub era Mª CCª LXXXª IIIIª. In tempore regis domno Fernando. Compostellano archiepiscopo, Iohannes Arie. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez.

Ego iam supranominati Gundisalvus Roderici cum omnia mea voce, in hanc cartam vendicionis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussi. [*(Signum)*][101].

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petro, dicto Fus[tes, ts. et cf.]. Pelagio Petri, dicto [Arlote, ts. et cf.]. Martinus Froyle, [ts. et cf.]. Iohannes Pelagii, [ts. et cf.]. Iohannes Martini, armiger, [cf.]. Iohannes Fernandi, canonicus, [cf.]. Helias Giraldiz, canonicus, [cf.].

Iohannes Martini notuit et cf.

101 Está recortado el códice en la zona correspondiente al signo, afectando también a la columna de testigos, que reconstruimos según la copia D.

253

1247, julio, 5.

Domingo y Eyo Peláez venden a Caaveiro diversas heredades por veinte sueldos, un "feltrum" y unos "sotulares". Además Domingo Peláez ordena ser sepultado en el monasterio y le da su parte en la iglesia de Santa María de Recemel.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 105, col. 2-fol. 105v, col. 2.

D. Madrid, A.H.N., Clero, carpeta 491. Copia simple del siglo XIII en el pergamino nº 16. Con formulismo diferente; muy deteriorado.

Principium scripti fiat in nomine Christi. Ego Dominicus Pelagii, una cum sorore mea Eyo Pelagii, insimul cum filiis et filiabus nostris, facimus cartam vendicionis, donationis firmissimam imperpetuum valituram, omnipotenti Deo et monasterio Sancti Iohannis de Calavario et vobis priori domno Martino Roderici et conventui eiusdem, de hereditatibus nostris propriis que habemus et habere debemus in locis nominatis, videlicet, Spinarido et in Fonte Frigida et in Bidueda et in Carval da Infante et in Hygoso et in Hirmigundi et in Vilar de Paradiso et in Pozomay; et est una VIª integra de omnibus predictis villaribus[102]. In omnibus locis istis tam ecclesiasticis quam laycalis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, vendimus et donamus iamdicto monasterio et ad omni congregatione canonicorum eiusdem, ob remedium animarum nostrarum et pro munera nobis data, videlicet, XX^{ti} solidis et unum feltrum et unos sotulares [quod satis nobis bene] complacuit, et de [precium nichil remansit] in debitum sed [completum est, ita ut de ha]c die et deinceps [...]atis [...] et omne velle [vestrum ex ea faci]atis, habeatis et [possideatis] pacifice et quiete imperpe[tuum].

[S]i quis igitur in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hoc factum nostrum ad isrumpendum venerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum tribuat, et voci regis C^{m} aureos restituat. Et semper hunc factum nostrum et seriem testamenti permaneat firmum.

Item ego prenominatus Dominicus Pelagii mando corpus meum ad sepeliendum im prenominato cenobio de Sancto Iohanne de Calavario, et mando ibi mecum mea portione integra de ecclesia Sancte Marie de Recemel, ut habeat predicto monasterio in eternum.

Facta carta donacionis et venditionis et concessionis et confirmationis IIIº nonas iulii, sub era Mª CCª LXXXª Vª. Regnante rege nostro domno Fernando. Minduniensis episcopus, domno Martino. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Petrus Roderici, presbiter, cf. Iohannes Martini, cf. Petrus Iohannis, cf. Dominicus Roderici, cf. Iohannes Roderici, presbiter, cf. Iohannes Petri, presbiter, cf.

102 Al margen desde "et est" hasta "villaribus".

Nos iam supranominati Dominicus Pelagii, una cum germana mea Eyo Pelagii, et omnibus vocibus nostris, in hanc cartam donationis et venditionis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Petrus notuit et cf.

254

1245, enero, 3.

Marina Peláez, "cognomento" Moura, y sus hijos venden a Caaveiro dos heredades por una vaca valorada en veinte sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 105v, col. 2-fol. 106, col. 2.

Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego Marina Pelagii, cognomento Moura, una cum filiis meis Martinus et Maria, ob remedium anime mee et pro munera que mihi largiti sunt, facimus cartam donationis, venditionis de hereditatibus nostris que habemus et habere debemus in vilar qui vocitant Spinarido et in alio loco que vocitant Fonte Frigida, cum omnibus pertinenciis suis, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Damus et concedimus ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et vobis priori domno Martino Roderici et omnibus canonicis eiusdem loci, ob remedium animarum nostrarum et per precio nominato una vacca preciata de XX^{ti} solidis, precium de quo satis sumus bene paccati, et de precio nichil remansit in debitum sed completum est. Ita ut de hodie <die> et deinceps de iure nostro sit abrasa et in iure predicto monasterio sit tradita atque confirmata, habeat et possideat pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo de parte nostra vel de extranea, contra hunc factum nostrum et cartam venditionis et donationis ad isrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et vocem regis D solidis exsolvat.

Facta carta testamenti III° nonas ianuarii, discurre<n>te era M^{a} CC^{a} LXXX^{a} III^{a}.

Ego prenominata Marina Pelagii, una cum filiis meis Martinus et Maria,in hanc cartam venditionis et donationis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

In tempore regis Fernandi. Episcopus Minduniensis, Martinus. Principis Gallecie, Roderico Gomez.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Dominicus Pelagii, miles, cf. Ovecus Roderici,

miles, cf. Iohannes Goio, armiger, cf. Rodericus Muniz, canonicus, cf. Helias Giraldit, canonicus, cf. Iohannes Roderici, canonicus, cf.

Et alii plures qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Laurentius notuit et cf.

255

1247, diciembre, 15.

Rodrigo Martínez, "dictus" Lesta, y su mujer venden a Caaveiro diversas heredades por trescientos sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 106, col. 2-fol. 106v, col. 1.

In Dei nomine. Ego Rodericus Martini, dictus Lesta, simul cum uxore mea Maiore Iohannis, presente et concedente, pro nobis et pro omni voce nostra, vobis donno Martino Roderici, priori Sancti Iohannis de Calavario, et omni conventui ipsius loci, facimus cartam vendicionis im perpetuum valituram ita quod nos vendimus et concedimus vobis firmiter totam nostram vocem et hereditatem quantam habemus et habere debemus in Spinarido et in Bidueda, et est de istis villaribus VIª de una VIª[103] , et casas quas ibi fecimus, et V armenta. Totum vobis ven[dim]us et concedimus pro CCC solidis [...] im pace persolvistis [...sumus be]ne peccati et niccil [remansit in d]ebito apud vos ad solvendum, habeatis et possideatis istam venditionem iure hereditario et totam vestram voluntatem de cetero de illa in secula seculorum faciatis.

Si quis igitur, tam de nostra parte quam de extranea, contra hoc factum nostrum spontaneum ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, pectet vobis vel vocem predicti monasterii DC solidos, et hereditatem totam duplatam cum quanto a vobis fuerit meliorata.

Facta carta venditionis et confirmationis mense mediato decembris, sub era Mª CCª LXXXª Vª. Regnante rege donno Fernando in Castella et in Legione. Minduniense episcopo domno Martino. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez.

Ego prenominatus Rodericus Martini, dicto Lesta, una cum uxore mea Maiore Iohannis, presente et concedente, pro nobis et pro omni voce nostra, propriis manibus nostris roboramus et hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Melendus Froyle, clericus de Francia, cf. Iohannes Petri, canonicus, cf. Iohannes Roderici, canonicus, cf. Petro Saburido, canonicus, cf. Petro Petri, subdiaconus, cf. Petro Nuniz, [cf.]. Petro Calvo, [cf.]. Pelagius Roderi[ci, cf.]. Petrus

103 Al margen desde "et est" hasta "VIª".

Temon, cf. Ovecus Martini, cf. Fernandus Iohannis, cf.

Iohannes Pelagii, notarius domni Roderici Gomez, scripsit et presens fuit et cf.

256

1244, julio, 22.

Las nietas de María Peláez, "cognomento" Piquina, con sus maridos venden a Caaveiro cuanto tienen en Pa y Catiñeira, en Santa María de Espiñaredo, por veinte sueldos.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 106v, col. 2-fol. 107, col. 1.

Sciant tam presentes quam posteri quod ego Marina Petri una cum viro meo Petro Iohannis et filiis et filiabus nostris, item ego Maria Petri in simul cum viro meo Petro Pelagii et filiis et filiabus nostris, et fuimus filios de Maria Martini, et ipsa fuit filia de Maria Petri, cognomento Piquina. Omnes nos supranominati, vobis priori domno Martino Roderici de Sancto Iohanne de Calavario et omni conventui eiusdem loci, facimus cartam venditionis imperpetuum valituram, ita quod nos vendimus et vobis concedimus firmiter totam nostram vocem et hereditatem quanta habemus et habere debemus in locis nominatis que vocitant Paay et in Castinaria, cum suis pertinenciis. Totum vobis vendimus et concedimus pro XX^{ti} solidis legionensis monete per precium et robur, quod precium et robur nobis im pace persolvistis, unde fuimus et sumus bene paccati et nichil remansit in debito apud vos ad solvendum, habeatis et possideatis istam venditionem iure hereditario et totam vestram voluntatem de cetero de illa in secula seculorum faciatis.

Si quis igitur in futurum, tam de parte nostra quam de extranea, contra hunc factum nostrum spontaneum ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, pectet vobis vel vocem predicti monasterii quadraginta solidis, et hereditatem duplatam totam.

Facta carta venditionis XI kalendas augusti. In tempore regis domno Fernando. Minduniensis episcopus, domno Martino. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez. Sub era M^{a} CC^{a} LXXX^{a} II^{a}.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Velle, miles et iudex, cf. Rodericus Fero, miles, cf. Ovecus Furtunii, armiger, cf. Rodericus Vele, armiger, cf. Iohannes Roderici Alfardo, armiger, cf.

Ego Marina Petri, una cum viro meo Petro Iohannis et filiis et filiabus nostris, et ego Maria Petri, in simul cum viro meo Petro Pelaiz et filiis et filiabus nostris, in hanc cartam venditionis quam libenti animo iussimus facere, propriis manibus roboramus et confirmamus et

hoc signum facere iussimus. *(Signum).*

Laurentius Martini notuit et cf.

257

1248, marzo, 31.

Martín Pérez, "cognomento" Abbade, da a Caaveiro cuanto tiene en "Vilar de Pa".

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 107, col. 1-col. 2.

In Ihesu Christi nomine. Ego Martinus Petri, cognomento Abbade, do et offero ad monasterium Sancti Iohannis de Calavario et vobis priori domno Martino Roderici et conventui eiusdem canonicorum, facio vobis cartulam testamenti de omni hereditate mea que habeo et habere debeo in Villare de Paay, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Et hoc facio ob remedium anime mee et parentum meorum, ut habeat <et> possideat prefatum monasterium pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo surrexerit de mea parte vel de extranea, contra hoc seriem testamenti ad irrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit voci predicti monasterii in duplo restituat, et insuper C^m^ solidos.

Facta karta testamenti IIe kalendas aprilis, sub era M^a^ CC^a^ LXXX^a^ VI^a^. In tempore Fernandus rex. Minduniensi episcopo domno Martino. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez.

Ego prenominatus Martinus Petri et omnis vox mea, in hanc cartam donationis et confirmationis et testacionis quam libenti animo facere iussi, propriis manibus meis roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Iohannes Fernandi, canonicus, cf. Donnus Parisius, canonicus, cf. Donnus Helias, canonicus, cf. Dominicus Petri, canonicus, cf. Iohannes Petri, canonicus, cf. Gundisalvus Petri, canonicus, cf.

Et alii multi qui viderunt et audierunt.

Helias notuit et cf.

258

1232, julio, 11.

Salvador Pérez da a Caaveiro varias heredades.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 107, col. 2-fol. 107v, col. 2.

In Dei nomine. Ego Salvatori Petri et omnis vox mea, vobis priori domno Martino Roderici de Calavario et tocius capituli eiusdem loci, do et offero vobis et concedo et testamentum facio, ob remedium anime mee et parentum meorum, et Sancti Iohannis de Calavario, omnes meas hereditates quas ego habeo et habere debeo de abiorum et parentorum meorum sive de ganancia quomodo de comparatione; et sunt ipsas hereditates nominatas, videlicet, omnia mea directura et hereditate de Recimel, quanta ego ibi habeo et habere debeo, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Item in Monte Nigro, mea porcione integra de Sancti Cucufati, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Similiter et mea portione de Ladra integra, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, per ubicumque eam potueritis invenire; et mea porcione integra de Tricci, \i/ntus et foris, per ubicumque eam potueritis invenire. Et mea portione integra de Petra Fita, quantum ego ibi habeo et habere debeo, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est. Omnes has hereditates prenominatas do et concedo et testamentum facio ad prefato monasterio Sancti Iohannis de Calavario et priori et capituli eiusdem loci, ut habeant et possideant pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis tamen, quod absit, aliquis homo ex parte mea vel de extranea, contra hunc meum voluntarium <factum> et cartulam testamenti ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper C^{m} aureos restituat. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta carta testamenti Vº idus iulii, sub era Mª CCª LXXª. Regnante rege nostro domno Fernando. Minduniensis episcopus, domnus Martinus. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez.

Ego prenominatus Salvator Petri et omnis vox mea in hunc seriem testamenti quam libenti animo iussi facere, propriis manibus meis roboro et confirmo et hoc signum facere iussi. *(Signum).*

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Duram Pelaiz, presbiter, cf. Rodericus Pelaiz, presbiter, cf. Martinus Petri, faber, cf.

Petrus, ts. Iohannes, ts. Martinus, ts[104].

Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.

Iohannes notuit et cf.

104 En los tres pone "cf.".

259

1232, agosto, 29.

Martín Peláez, "cognomento" Mouro, vende a Caaveiro diversas heredades por trece talegas de pan.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 107v, col. 2-fol. 108, col. 2.

In Dei nomine. Ego Martinus Pelagii, cognomento Mauro, et omnis vox mea, vobis domno Martino Roderici, priori Sancti Iohannis de Calavario, et omnis congregatione canonicorum eiusdem loci, facio vobis cartam testamenti, donationis et venditionis firmissimam imperpetuum valituram, de omni hereditate mea que ego habeo et habere debeo de abiorum et parentorum meorum, et est nominata, videlicet mea porcione integra de vilar de Fonte Frigida, et est ipsa hereditate devisada per aquam de Recemel et per ipsa verea de Pontes de Eume et inde per \a/ Bidueda, et inde ad Lourintim, et inde Sanctum Martinum de Goente, et inde per Pena de Abelaria, et inde ad Escamelados. Per istos terminos predictos do et concedo et testamentum facio Deo et Sancto Iohanne de Calavario et priori et capituli eiusdem, ob remedium anime mee et parentorum meorum, et pro X^{m} et IIIes taleigas de pane quod vobis recepi, de quo satis sumus bene paccati. Ita ut de hodie die et deinceps de iuri meo sit abrasa et in iure monasterio sit tradita atque confirmata, habe<a>tis illam cum omnibus rebus suis eidem pertinentibus, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, vendatis illam, donetis, commutetis, et omne velle vestrum ex ea faciatis.

Si quis igitur in futurum, tam de meo genere quam de alieno, contra hunc meum factum et seriem testamenti et cartam donationis et venditionis i\r/rumpere temptaverit, quisquis fuerit, sit maledictus usque in septimam generationem, et quantum inquietaverit ad vocem predicti monasterii in duplum restituat, et insuper C^{m} aureos. Et semper factum meum permaneat firmum.

Facta seriem testamenti IIIIº kalendas setembris, suḅ era Mª CCª LXXª. Regnante rege nostro domno Fernando. Minduniensis episcopus, domnus Martinus. Principis Gallecie, domno Roderico Gomet.

Ego prenominatus Martinus Pelagii, cognomento Mouro, et omnis vox mea, in hunc seriem testamenti, donationis et venditionis et concessionis quam libenti iussi facere, propriis manibus meis roboravi et hoc signum facere iussi. *(Signum)*.

Qui presentes fuerunt: *(en columna)* Martinus Muniiz de Recimel, cf. Iohannes Petri de Ortigarida, cf. Petrus Suarii, presbiter de Loura, cf.

Veremudus, ts. Rodericus, ts. Suarius, ts.

Et tocius capituli Sancti Iohannis qui fuerunt presentes.

Iohannes qui notuit et cf.

260

1240, mayo, 4.

Loba Bermúdez da a su marido Juan Benítez una heredad a condición de que a su vez la dé a Caaveiro, para reparar el daño que hizo allí, lo que cumple, añadiendo además, junto con sus hermanos, otras heredades en el mismo lugar.

C. Madrid, A.H.N., Cód. 1439B, fol. 108, col. 2-fol. 108v, col. 2.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Luba Veremudit, filiam Mariam Roderici, una cum consensu filiorum vel filiarum mearum, tibi Iohannes Benedictit, viro meo, do tibi et concedo mea porcione integra de vilar que vocitant Spinarido[105], pro multum bene quod tu mihi facis, tali condicio ut des istam hereditatem Sancti Iohannis de Calavario pro multum male que ibi fecisti, et pro remedium anime tue et anime mee, ut dimittat nobis Deus omnia crimina nostra.

Et ideo ego prenominatus Iohannes Benedictit, una cum germano meo Pelagio Benedictit et germanas meas, videlicet, Maria Benedictit et Sancia Benedictit, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et offerimus et testamentum facimus Deo et Sancti Iohannis de Kalavario et vobis priori domno Martino et canonicorum eiusdem loci, de omni hereditate nostra quanta habemus et hereditate et porcione integra de Luba Veremudi quod \de/dit mihi, Iohanne Benedicti, tali condicio ut testasem eam predicto monasterio in loco predicto Vilar de Spinarido et Fonte Frigida, cum omnibus directuris et pertinenciis suis, per ubicumque ipsam hereditatem melius potueritis invenire, intus et foris, cum quantum ad prestitum hominis est, et est VIª de una VIª[106]; habeatis illam vos et vocem monasterii pacifice et quiete imperpetuum.

Si quis igitur in futurum, tam de nostra generatione quam de aliena, contra hoc nostrum factum et testamentum nostrum ad isrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit, imprimis sit maledictus usque in septimam generationem et cum Datam et Abiron et cum Iuda traditore Domini in infernum sit condampnatus, et quantum inquietaverit ad vocem monasterii in duplo reddat, et insuper D solidos. Et semper factum nostrum et cartulam testamenti plenam habeat roborem.

Facta series testamenti IIIIº nonas maii, sub era Mª CCª LXXª VIIIª. Regnante rege nostro domno Fernando. Principis Gallecie, domno Roderico Gomez. Minduniensis episcopus, domno Martino.

